


30856

92
F3 320



GARCIA BARRION VEVO
Hispani, Marchionis Cusani, Do-
mini Oppidi Fuentes, et Valdesaz,
Equitis ordinis Sancti Iacobi, à
Consilij Status Regni Neapoli-
tani, et Apuliae, Dauniae, ac Samnij
citerioris Praesidis
PANEGRICVS
ILL^{MO} ET EX^{MO} DÑO PETRO
Fernandez à Castro Lemensium
et Andradæ Comiti, Marchioni
Sarriae, Comiti Villaluae, Cômē
datori Zarzae ordinis Alcāta
ræ, Regi à cubiculo, Proregi
Neapolitano, et supremi Italiae
Consilij Praesidi
SCRIPTVS.

NEAPOLI
Ex Typographia Tarquini Longi
MDCXVI.



CONSPECTVS

RERVM OMNIVM,

QVÆ IN HOC LIBRO VISÆ SVNT
NOTATV DIGNIORES.

EPISTOLA AD LECTOREM.

Conuentus publici Græcorum, Panegyrici dicebantur, cum simul ad sacra faciendâ, & negotia publica deliberanda gens aliqua in unum locum conuenerat. Quorum celeberrimi memorantur, ex pag. 13.

Seruius Tullus, & Tarquinius Superbus illorum exemplo Latine gentis conuentus instituerunt. p. 14. & 15. ubi Lugdunensium, & Hispanorum recensentur.

Conuentus, & Ludi Panegyrici ad dies tantum festos, & sollemnes celebrandos, p. 16. ad finem cum seq.

Panegyrici definitio, origo, materia, causa, locus, p. 16. & 17.

De Gratiarum Actionibus accurata tractatio. & an Panegyrici appellari possint. p. 17. & 18.

Laudationes multi Principes desiderarunt, nonnulli respuerunt, & quare. p. 19. 20.

Inuestiua in eos, qui Antiquos tantum laudant, Recentium incuriosi. 20. post med. & 21.

Quam ob causam hunc Panegyricum filo quodam alienorum verborum teximus? p. 21. in fin. 22. & 23. in princ. & antè in Epist. Dedic. p. 7.

Moles, & molestia huius scripti. Res quas laudare instituit, proponit. 23.

Occurrit his, quæ maligni interpretes huic Panegyrico obijcere possunt. p. 24. & 25. & in Paneg. p. 51. ad fin. & 52.

Longitudinem huius Epistolæ excusat. p. 27. in fin.

Iulij Caesaris Capacij docta, & Elegans Epistola. p. 29.

Auctorum Elenchus p. 30. & 31.

Argumentum Panegyrici. p. 32.

PANEGYRICVS.

Exordium. p. 33.

Nullum genus Laudationum sincerius, atq; ab assentationum fucis purius, quàm quod à priuato ultrò offertur, comparatione veterum gratiarum actionum, acclamationum, funebrium laudationum, encomiorum, atque episthalmiorum edisserit. p. 34. & 35.

Dicendi initium à sollemni Dei precatione non minus religiosè, quàm piè sumit. p. 36.

Neapolitani Regni statum considerat tempore, quo Excell. Lemenis Comes in id ingressus est: & summatim res eius præclare gestas, ac laboris perseuerantiam refert. p. 38. in fin. & 39. 42. 43. 44. 45. & 48.

Præclaras eius virtutes animaduertit, in quo omnes simul viget, quæ singula in omnibus prædicatur. Se ipsum excusat, quòd eas ex professo nò celebret, dùm nouam tributorum, & vectigalium assignationem, & credituum, atque erogationum parationem, cui propria nunc debetur oratio, exequitur. p. 40. post med. 41. & 42.

Libellum Nouarum Constitutionum, seu Rationarium Regni dilaudat. & quàm utile sit Principibus calculum cum

Regno



Regno ponere, ut ratio quæstum, & necessitas erogationum inter se congruant. p. 46.

Vitijs carere, laus non est. 47.

Stipendia olim etiam non militibus concedi solita detestatur. Recognitio veteranorum. p. 50. & 51.

Moderationem magnoperè extollit, quòd nulla noua vectigalia, aut tributa imposuerit, nulloque fisci, ciuitatum, aut oppidorum redditus vendiderit, & s'onera Regni id facere cogerent. p. 53. cum duob. seqq. & ante p. 49. in fi. & 50.

Inuectiuas in eos, qui utilitatibus Fisci contumaciter adsunt, & in nouis tributorum, aut vectigalium modis reperiendis subtiles magistri videri cupiunt. 54.

De annuis redditibus Fiscalibus redimibilibus, ac vitalicijs, & iusto eorum pretio, ac de contractione, & diminutione eorum. p. 56. ad fi. cum trib. seqq.

Descriptio Regni (quam Numerationem focorum appellant) per 15. annos prorogatur. Inquirunt in eius originem. Grauiissimos sumptus, & exactorum rapacitatem considerat. p. 60. cum 2. seqq.

Releuationem viginti millium focorum fessis, & inopia laborantibus oppidis concessam, & contractionem reddituum eorum ad pretium Fiscalium, commendat. p. 62. in fi. 63. & 64.

Proventus, & exactiones huius Regni impensis militum magistratum, & creditorum Fiscalium, nec non alijs extraordinarijs expensis sufficere, detectis erroribus Rationalium Summarum (de quibus p. 39.) contra omnium opinionem ostendit p. 65. & seqq.

Sparsas, ac disiectissimas per totum Regnum assignationes in unum collegisse miranda cum omnium utilitate extollit. p. 66. & 67.

Antiquam illam, & damnosam exactorum multitudinem nullis unquam

legibus coercitam, quæ Regnum attriuerat, subleuasse refert. p. 67. ad fi. cum trib. seqq.

Baronibus in proprijs oppidis Fiscales redditus magno tum populorum, tum dominorum utilitate deputasse ostendit. p. 71. & seqq.

Prauum, ac confusum Camera Rationalis, seu Summarie stylum in Libro Regij patrimonij conficiendo, damnat. p. 72. ad fi. cum duob. seqq. cui nouam, ac elegantem formam dedit 75.

Antiquam annorum per Indictiones computationem, ut obscuram, & fraudibus paratam reijcit. De earum origine obiter dictum. p. 75. ad fi. & 76. in prin.

Eximia de redditibus prouincialibus cura celebratur, præcipue huius fidelissima Ciuitatis. p. 76. cum trib. seqq.

Nouos titulos, & inusitatas acclamationes congerit. Oppida, prouincias, Barones, milites, & Fiscum, cum laudantes introducit. p. 79. ad fi. cum trib. seqq.

Epistolas Regias, seu Rescripta, antè neglecta, & dispersa collegisse, & in ordinem, ac methodum composuisse commemorat ex p. 82. cum 4. seqq.

Quorum VNDECIM utilissimi Codices Theodosiano, aut Iustiniano pares, non per Tribonianum aliquem, sed per doctissimos, ac integerrimos viros, & per seipsos perfecisse demonstrat. p. 86. cum 2. seqq.

Horum omnium utile compendium; libros etiam Dispositionum, & Ordinationum, atque omnium dignitatum, & officiorum Formulas commendat. 88. & 89.

De Aerario militari, & egregia omnium tributorum, aut vectigalium unicuique publicæ necessitati assignatione, aliorum Principum, præcipue Octauiani Augusti comparatione diligenter agit ex p. 90. omnes ferè Regni erogationes referens. p. 92. in fi. cum seqq.

Aera-

Aerarium, Questura urbana, ac Thesaurarius in palatio magno militum, ac negotiantium cōmodo constituuntur. p. 95.

Eiusdem Aerarij affluentiam immensis largitionibus, ac erogationibus cognitam admiratur. p. 96.

De motu, & apparatu belli Sabaudia obiter dictum. p. 97. cum seqq. & *de pompa, ac transuersione equitum.* p. 98.

De apparatu classis per quinque huius Praefectura continuos annos ad inhibendam immanis Turcae potestatem, conatus, transitus. p. 99. in fi. & 100. & 101.

De Relevationibus expensarum magistratuum maiorum (quas Aiudas de costa vulgò appellant) & alijs extraordinarijs expensis. p. 102. & 103.

Diuisionem creditorum iustitia, & gratia in noua redituum Fiscalium assignatione iustissimā fuisse ostendit. p. 104.

Apulia Daunia laus, cuius insolitam ex magna hyemis immanitate gregum, & armentorum calamitatem refert. p. 105. cum seqq. Et *Proregis in ea expellenda prouidentiam laudat.* p. 106. in fi. & 107.

Legem Iuliam, & Papiam, & alia plura augendi militaris Aerarij causā ab Augusto excogitata, improbat. p. 108. & seqq. & ante 91. ad paginæ oram.

Annonae ciuilis inexplicabilis cura, ex p. 110. cui proprium peculium concessit p. 112. ad fi. de Annona militari p. 114. eius causa furni magnifico opere fabricati. p. 115.

Campania Felicis, seu Leboriae praecleara laus ex p. 116. (& ante p. 101.) *Paludum descriptio* 117. cum seqq. *de Clanio flumine* 118. *Causa damnosa inundationis latè inquiritur* ex p. 120. cum 6. seqq. *Quantum in ea desiccanda, & pristina cultura, ac felicitati reddenda Comes noster fecerit, prosequitur* ex p. 126. *Campaniae typus* p. 134.

De nouo Aqueductu ad vertendas frumentarias molas ex p. 134. *Formellae Neapolitanae laudantur.* p. 137. *quae in maritimam Plagam deriuata, quod eius felicitati deerat, copiosè suggerūt.* p. 138.

Festum S. Ioannis Baptista per totum praefecturae lustrum fidelissimus Populus (nullo ante Proregi nisi semel factum) magno omnium studio, & magnifico apparatu Comiti nostro celebrat. p. 139. & seqq. *ubi de huius lustris felicitate.*

Tota eius domus ab integritate, modestia, & bono exemplo laudatur ex p. 141. *sed in primis Illustriss. & Excellentiss. D. CATHERINA A ROIAS, ET SANDOVAL egregijs virtutibus clara,* p. 142. cum seqq. *cuius pietatis rarissima referuntur exempla.* p. 143. & seqq.

Litterarum laus. Amor in nostro Prorege, & in studiosos beneuolentia p. 144. cum 3. seqq. (*praecipue Poetas.* p. 174. & seqq.) & 163.

Insignis, & magnifici operis Academia à fundamentis erigitur. p. 147. ad fi. cum 3. seqq. *eius typus.* p. 149. & *Theatri litterarij* 150.

De nouo Palatio Neapolitano, & veteris incendio. p. 151. *eius figura* p. 153. *Aedificiorum instauratio seruato conditorum titulo laudabilis* 152. cum seqq.

Laudatur ex eo, quod Hispani soli relicta dulcedine, optima Matre, & Excellentiss. Lermensium Duce (de cuius laudibus obiter dictum p. 155. & ante p. 144.) Regis etiam gloriosis colloquijs, electo iam supremi Italiae consilij Praeside, nobis per unum annum voluit inbarere ex p. 154. cum 4. seqq.

Remissiones nostri Proregis Historicos, aut Politicos legere. De Prudentia, quam usus, & historia gignunt, producit doctrina ex p. 158. cum seqq. *obiter Historia summè laudatur, sine qua veram, ac solidam prudentiam assequi neminem posse*

posse ostenditur p.160.ad fi. cum seqq. exemplis confirmatur 162. & 163.

Grauiora, & seueriora studia hilarioribus Musis temperanda, & carminibus remittenda sunt p.164.cum seqq.

Poësis exactè laudatur ex p.165. ad fi.cum plurib.seqq.Cuius totam ferè artem velut in transitu delibat p.168. Comœdia præcepta obiter suggerit p.169.

De Recitatione breuis, & diligens collectanea. eius origo, materies,caussa, modus,finis,locus,& utilitas p.172.ad fi. cum 2.seqq.

Amplissima gloriæ obiecta est semper inuidia. De conuentibus Neapolitanis, quos Sedilia vocant. Legatio ad Regem nostrum ab hac fidelissima Ciuitate quibus sollemnitatibus decernenda ex p.176.cum 3. seqq.

De clementia nostrî Proregis. p.179. & seqq.


De publicis Comitijis agitur. ubi per Excellentiss. Montis Leonis Ducem, Legatum à toto Regno in hoc destinatum, OMNIA, quæ Prorex noster fecit ab illo die quo Præfecturam ingressus est, confirmari à Catholico Rege petiere ex p.181. cum.3. seqq.

Conclusio, & finis orationis cum Dei Optimi Maximi sollemni comprecatione 184. & seqq.

Federici Moles Equitis Hierosolymitani, et Daunia, ac Samnij citerioris olim Præsidis diserta, et erudita Epistola 186.cum 4. seqq.

Ioannis à Vera in hunc Panegyricum nobile, ac cultum Encomium p.191. cum seqq.

Errores Typographi excussat. p.194. cum seqq.



Præcipuum beneficium est in rebus honestis laudari. Laus enim parit emulationem: æmulatio virtutem: virtus felicitatem: hæc finis est omnium quæ desiderantur, & ad quam omnis probi viri agitatio tendit.

S. Gregorius Nazianzenus
orat. 23. in laudem Heronis
philosophi Alexandrini.

Nullam enim virtus aliam mercedem laborum, periculorumq; desiderat, præter hanc laudis, & gloriæ: qua quidem detracta, quid est, quod in hoc tam exiguo vitæ curriculo, & tam brevi, tantis nos in laboribus exercemus? &c.

M. T. Cicero orat. pro Licinio Archia poëta.

Debet enim benè gerentibus laudis comitari assensus. Nam si equorum cursus hominum clamoribus incitatur, & sonantium manibus agitur, ut à mutis animalibus velocitas appetatur, quantum inde homines stimulari posse credimus, quos ad laudis aviditatem natos singulariter inuenimus?

Magnus Aurelius Cassiodorus lib. 1. variarum, epist. 13.



ILL^{mo} ET EX^{mo} D. PETRO FERNANDEZ
À CASTRO LEMENSIVM COMITI
PROREGI OPTIMO,

NOBILITATE, IVSTITIA, CLEMENTIA CONSPI-
CVO. ET À PRIMO ÆTATIS FLORE PRO-
BATO;

AVCTORITATE, PRVDENTIA, DOCTRINA,
ELOQVENTIA, AC CENSURA PRIVATIM
AC PVBLICÈ CLARO;

EXIMIA RELIGIONE, RARISSIMA PIETA-
TE, VITÆ SACTITATE, AC MORVM
MODESTIA PERFECTISSIMO:

HEROICIS VIRTVTIBVS, GLORIOSIS ACTIO-
NIBVS, ADMIRANDISQVE DISPOSITIONI-
BVS, INEXEMPLV VIRORVM PRINCIPVM
NATO:

OB INSIGNIA EIVS GESTA,
QVIBVS QVOTIDIE SEIPSVM VINCIT, IN
LVSTRE ADMINISTRATIONIS MERITVM
OPERAMQVE BENÈ, AC FELICITER IN
REMP. NAVATAM, INGENTIA BENEFICIA,
QVIBVS LONGAS NEAPOLITANI REGNI
MISERIAS DIVINITATIS INSTINCTV MENTIS
QVE MAGNITVDINE SVBLEVAVIT,

GARCIA BARRIONVEVO
CVSANI MARCHIO
DEDICAT CONSECRATQVE.



LORIOSAS laudes EXCELLENTIÆ

TVÆ styli honore percurrere (magis enim contigisse me omnium capita, quàm satisfacisse singulis fateor) publicæ admirationi legendas tradere, & bona seculi publicare, quanquàm laudator impar accedo. Et cum sint verba rebus faciliora, beneficio-

rum tuorum magnitudinem dictis equare non possum. Nihil ex hoc tibi derogabitur gloria. Nam magnos, & optimos Principes nouimus à dissimilibus predicari. Careret quippè fama magnorum virorum celebritate, si etiam minoribus testibus contenta non esset. Sed quia minus ingenio laborandum erat, in cuius locum materia successerat, eas celebrare institui. Simulq;

EXCELLENTIÆ TVÆ pro Neapolitano Regno gratias agere, verbis exiguas, sed affectione animi copiosas. Quas quidem aliqua sententiarum, & exemplorum mistura variare tentavi, ne præclaræ verecundiæ tuæ laudes suas, quæ facilius te fatigare possunt, quàm nos satiare, omnis versus ingereret: & grauißimorum auctorum honore dotare, neque enim

mea in EXCELLENTIAM TVAM deuotio digniores potuit inuenire præcones, cultos, ac selectiores omnis æui, laudandiq; peritos vti Auxiliares mihi magistros adsciui, vt dignitas laudum tuarum nõ solum nomine, & auctoritate eorum, sed re esset illustrior, cum ex doctrinæ, sapientiæq; flore constaret. Tuam mirabilem prudentiam illustribus actionibus claram; virtutem vitæ sanctitate laudabilem, Iustitiam, Clementiam, Temperantiam, Fidem, Modestiam doctrina conspicuas, ac decoratas, in exemplum proponimus virorum Principum, vtinam sint, qui imitentur! Quibus ita debetur laus, vt non qui eas celebrauerit benignus existimeretur, sed qui tacuerit, malignus. *Neque enim tu is es, qui, quid sis, nescias: & qui non eos magis, qui te non admirantur, inuidos, quàm eos, qui laudent, assentatores arbitrere. Ideò non metuo imparis famam, dum fugio vitium malignitatis, nomenq; ingrati erga Principem optimè de Republica meritum. Candidum mihi valdè ingenium fateor,

& quod

Symmachus 2. epist. 13. vbi hanc lectionem firmat; iuterus. Sed Cuiatius 5. obseruat. c. 7. legit contigisse in communia.

Idem Symmach. 8. epist. 22.

Idem 4. epist. 7.

Idem 8. ep. 22.

Marcial. in epist. dedic. ad lib. 8. epigram.

Idem ibidem.

Symmachus 10. epist. 61.

Aristoteles 2. Ethicorum. S. Greg. Nazianze. orat. 12. in laudem sororis Gorgoniz, laus bonis viris maxime debetur, per quam immortalem eorum memoriam reddere queamus.

*Cicero lib. Famil. epist. 5. epist. 12. vbi sic se habent omnes libri vulgati. & ita P. Victorius, in nonnullis M. S. legitur sic qui, qui sis nescias, quos sequitur D. Lambinus ibi. Lipsius epist. cent. 2. Misc. epist. 26.

- Et quod alienas virtutes siue dotes videt facile, Et visas amplectitur, atq; amat. hac mihi causa huius scripti, à natura mea profecta: nec magis de te demerendo cogitavi, quàm Sol ille cum nobis lucet. (Nec enim nos fugit, quàm ab honoris cupiditate Principis huius animus abhorreat.) Nec si te mihi deuincire, aut alstringere vellem, mediocritate ingenij, & inculto, ac impolito hoc testimonio possem. quia tibi uni ad hoc locorum nihil gratia prestitit, aut decerpfit inuidia. INGRATIS SCÆVO CUIQUE PROBOQ. LAUDABILIS ES. & cum ipse nihil ostentandi causa facias, verendum non est gemina * in te bona tanquam affectata laudare. Patere igitur quæ ad laudes tuas pertinent obloquentem, vir quantum est hominum in terris spectatissime, & nostra ætate maximè mirabilis. Non enim periculum est, vt nec ego in suspicionem gratiosi laudatoris, aut blanditoris incurram, nèue ultra veritatis metas prosiliam; ac præterea ne cumulum quidem ullum rebus tuis, meam orationem afferre. Nam probitate, Et honore pollentibus viris, nihil addit aliena oratio. Sua enim luce conspicui precarijs testimonijs non iuuantur. Sed illud contrà, ne infra veritatem substam, ac procul à rei dignitate remotus, laudatione mea gloriam tuam imminuam: quandoquidem difficile est, tum actionem, tum sermonem, laudum ornamentis adæquare.*
- Cepi autem non mediocrem voluptatem, & magnum exigui laboris pretium, quòd*
- Cum tot sustineas, Et tanta negotia solus:
Res Italas armis tuteris: moribus ornes:
Legibus emendes: —————*
- hoc illepidum, ac rude opus Iulio, Et Augusto mensibus, quibus lites maximè interquiescunt, per dies octo recitante me, tam benignè, Et patienter audisti, vt plerumq; modestia mea finem recitationi faceret. igitur diebus feriatis, nam si alijs*
- in publica commoda peccem,
Si longo sermone morer tua tempora. —
fed*
- Durum est perdere ferias, rogamus,
Iacturam patiariis hanc, ferasque;
nam te*
- Possè*
- S. Greg. Nazian. orat. 23. in laud. Hieronis philof.
- Symmac. 1. ep. 25.
- * id est, natius, et ingenuus. cuius dictionis & si rarior usus, multis testimonijs comprobatur à Fr. Iureto in M. J. ellaneis ibi. Idem 1. ep. 31.
- Idem 4. ep. 46. & 1. ep. 37.
- S. Greg. Nazian. orat. 11. in laud. Ioro. Gorg. Idem orat. 23. in laud. Hero.
- Symmac. 3. ep. 91. & ante ep. 48. super foranei laboris est (inquit) commendare conspiciunt, vt si in sole possis faciem præferas, et accensu luminum claritudinē digi gestas adinuare.
- S. Greg. Nazian. d. orat. 11. & in d. orat. 23. imo etiam ob imbecillitatem suā aliquid de dignitate detrahet.
- Plin. 3. ep. 18.
- Horatius lib. 2. ep. 1. ad Augustum.
- Plinius 8. epist. 21. Iuuenalis saty. 7. — Augusto recitantes mense potias.
- Suet. August. c. 89.
- Plin. 3. ep. 18.
- Horat. 2. ep. 1.
- Martial. 5. epigr. 81.

Posse — rebus pariter, Musisq; vacare,
Scimus, —————

Idem 8.ep.32.

& quicquid temporis à publicis negotijs vacui habes, huc confers:

————— animusq; vicissim

Claudianus in paneg. Consulas Manij Theodori.

Aut curam impendis populis, aut otia Musis.

Prorex es, memini: consilij Regalis particeps, scio: precum arbiter, Symmac. 1. ep. 17.
legum conditor, recognosco.

Iustitia vindex, inopum pater, omnia curans

Corippus Africanus in Panegy. ad Anastasium Quas-
torem.

Iudicij releuare pjs: —————

Adde huc alia mille rerum. Nunquam eueniet, ut ingenium tuum labor deterat, benignitatem cura flectat, facundiam usus exhauriat. Gloriatur summè C. Plinius Secundus, quòd cum Panegyricum suum amicis recitare voluisset, non per codicillos, non per libellos, sed si commodum esset, & si valdè vacaret, admoniti: per biduum, & si fœdissimis tempestatibus, conuenerunt. Sed quantò magis gloriabor, quòd EXCELLENTIA TVA.

Symmac. 1. ep. 17. & ante ep. 12. Sed maximas ingenij tui vires fortuna magna non onerat.
Plin. 3. ep. 18. & lib. 4. ep. 5.

Insistent mille licet, premantq; curæ,
non per biduum, sed per dies octo nostro Panegyrico vacauit! Mihi hunc honorem habitum putem, an studijs? studijs malo, quæ propè extincta refoues. Illi Pliniani amici cum ipsis orationis virtutibus, eloquij flore, sententiarum vbertate; tum etiam ingenij acrimonia, & comparationis aculeis excitabantur. Verum tu infacunda, atque incôpta oratione, sine venustate, sine elegantia ab humili, & * paupertino ingenio conscripta, magna cum attentione, ac summa delectatione tenebaris.

Marcial. 7. epig. 96.

Plin. 3. ep. 18.

Idem 4. ep. 5.

* Videntur hac dictione Apuleius 3. & 4. Metam. Gellius 14. c. 6. & 20. c. 1. Symmac. 1. ep. 8. & 8. ep. 23. & 9. 83. Varro apud Noniũ Marcel. Ammian. Sidonius & alij.

Marcial. 5. epig. 81.

Plus multo tibi debiturus hic est,

Quàm debet domino suo libellus:

nàm quam à viribus suis non spondet famam, idest, vitam, EXCELLENTIA TVA, hac mira, & singulari benignitate dedit: & quia tam docta approbatione securus erit, ne se doctissimorum censoria lima mordere possit.

Idem epist. Nicipat. 8. lib.

Accipe ergo quædam ingenij mei libamina,

— & hoc veri complectere pignus amoris.

Locan. paneg. ad Pisonem.

B

Quod

*Quòd si digna tua minus est mea pagina laude,
 At voluisse sat est : animum, non carmina iactò.
 Tu modò letus ades, forsan meliora tenemus:
 Et vires dabit ipse fauor, dabit ipsa feracem
 Spes animum.* —————

Fateor,

————— *leue donum*

Sapienti pro multis laboribus dicere laudes,
 Sed hæc quantumuis parua expressit mea DEVOTIO CVM
 ÆTERNA FIDE, CVLTV, OBSEQVIO EXCELLENTIÆ TVÆ
 valdè deuincta, & heroicis tuis virtutibus semper ADDI-
 CTA. Quod superest,

ILLVSTRISS. ET EXCELL. PRINCEPS

DEVM precor, vt te DECVS NOSTRÆ HISPANIÆ incolumem diu seruet, vt

Iliacos aquare senes, aut vincere possis.


nàm quanquam illa multa pacis, & belli decora tulit,

Nil tamen hoc habuisse viro præclarius in se,

Nec sanctum magis, & mirum rarumq; videtur,

& libero ore, ac puro iudicio profiteor. Neapoli, viij.

Idus Septemb. clj. l. c. xv.



*Spectaculum quidem, & recordatio, atque consideratio nullius
rei tam est grata, quàm propriarum actionum in magistratu, &
repub. tanquam illustribus, & publicis locis contemplatio.*

Plutarchus in lib. An seni
sit ger. resp.,

*Enimverò gratia benigna, factis testimonium perhibens, ac
laus cum virtute certans, dux, & auctor iusta benevolentiae,
tanquam lumen, & nitorem aliquem gaudio de virtute concepto
adijciunt. Ita*

Idem ibid.

*Etiam cum pulchra opera operatus, vir, sine carmine,
Præbuit labori breuem quandam delectationem.
Tibi verò dulciloquaq; lyra,
Dulcisq; fistula
Aspergit gratiam, præbent quoque amplum decus
Filiæ Pierides Iouis.*

Pindarus in Olym. od. 10.

QVISQVIS ES LECTOR

NOLI NOBILE PRÆTERIRE MARMOR,
PIO ATQVE INCLYTO D. PETRO FERNÂ.
DEZ À CASTRO LEMENSIVM, ET ANDRA
DÆ COMITI, PRÆSTANTISSIMO, AC FELI.
CISSIMO PRINCIPI, INTEGERRIMO
ABSTINENTISSIMÓQUE PROREGI,
DEVOTÆ MENTIS RELIGIONE POSI.
TVM, ÆTERNITATÍQUE *Castri* NOMINIS
CONSECRATVM;

INDVLGENTISSIMO, ET SVPER OMNES
RETRÒ PRINCIPES PROVIDENTISSIMO,
CVIVS INVICTA VIRTVS SOLA PIETATE
SVPERATA EST:

CVM NEAPOLITANI REGNI VTILITATEM
TAM PVBLICÈ, QVÀMPRIVATIM TVTARI,
EÍQUE PLVRIMA BENEFITIA CONFERRE,
CORDI SEMPER FVERIT; HVNC QVEM
LEGIS PANEGYRICVM CLARISSIMORVM
AVCTORVM STELLATVM AVRQCVRÆ
AC VIGILANTIÆ EIVS DEBITV, MAGNO
SVO LABORE AD PERPETVAM RERVM
GESTARVM MEMORIAM

CONSCRIPSIT

GARCIA BARRIONVEVO CVSANI
MARCHIO EX^{TRIA} EIVS SEMPER DICATVS.

AD LECTOREM

DE

ORIGINE, AC VTILITATE

PANEGYRICORVM,

INSTITVTO, ET FORMA HVIVS OPERIS.

Conuētus publici
Græcorum,

Panegyrici dice-
bantur.



Amphi&yonicus
conuentus inter
primos:

Pylaicus etiā di-
ctus,

In medio Græciæ
collocatus,

Ad res publicas
deliberandas in-
stitutus.

Alter in Troeze-
na.
Iones quoq; & Do-
rienses suum fe-
cerunt.

ETERES Græci ciuili, ac militari pru-
dencia clari, Candide Lector, * *publicos*
suarum Ciuitatum *conuentus*, laudabili,
ac salutari inuento instituerunt. Quos

πανήγυρις ^b nomine generis propriè ap-
pellarunt πανήγυρις ὅτι πάντας ἤγυρεν, idest
omnes congregabat. eiusdem enim originis est, ἄγυρις,
ἀγείρειν, ἀγῶν. Fuit autem mos Græcis addere vocem illam
παν multis verbis, vbi vniuersitatem significare vel-
lent. Sic παμβασιλεύς, πανδεχέες, παμπόνηρος, πανέλλωες. Ho-

rum, & antiquius, & sanctius Concilium * *Amphi&yonis*, fi-
lij *Hellenis*, memoratur. qui cum videret Græcam gentem in-
firmam esse, & facile à finitimis barbaris deleri posse, ipse eam in
id consilium, & conuentum, qui ab illo *Amphi&yonicus*, & *Pylai-*
cus, quia ad *Pylas* (hoc est portas) conueniebant, dictus, cœgit,
& apud Delphicum finem collocauit, vt potè in * medio totius
Græciæ situm, imò in medio totius terrarum Orbis iacere quidam
senscrunt, terræq; * *umbilicum* dixerunt. † Ad quem duodecim
florentes Græciæ urbes initio veris, & autumnii conuenire, &
Cereris sacrum facere, deq; maximis rebus communi decreto decer-
nere solebant. ‡ Fuit, & *Amphi&yonum* conuentus alter ciuitatum
septem in Troezena templo Neptuni inclyto. Prioris
exemplum sequuti ^b Iones, & Dorienſes templa communibus sum-
ptibus extruxerunt. Iones Ephesi templum *Dianæ*, Dorienſes, in
Urbe *Triopio* templum *Apollinis*, quò statis temporibus cum uxori-
bus, & liberis conueniebant, & simul sacrificia faciebant, & si-
mul negotiabantur, & mercatus exercebant, & certamina eque-

* Herodorus li. 6. in Erato.

^b Ioseph. Scaliger in origi-
nibus, & lib. 3. Poëtices c.
109. Rodolphus Hospinia-
nus li. 2. de origine, & pro-
gre. secto. dic. c. 17. circa fin.

† Dionis. Halicarn. lib. 4. Ro-
man. antiq. Cicero 2. de in-
uent. Plin. lib. 35. Natur.
hist. c. 9. Pausanias lib. 10.

‡ Strabo li. 9. Geograph. Li-
ui lib. 33. Thermopylas, vbi
frequens Græcia stans die-
bus esse solet conuentus (Py-
laicum appellant) & lib. 36
Idem Pyla, & ab alijs, quia
calida aqua in ipſis fontibus
est, Thermopyla locum
appellatur. Herodorus li. 7.
sive Polymnia, à plerisque
Græcorum vocatur Thermop-
yla, ab indigenis autem,
utque accolis Pyla.

* Strabo li. 9. Geograph.
† So. hocles in Oedipo tyra.
Euripides in Medea, & in
Iphigenia posteriore, Plu-
tarchus in initio lib. de
Oracul. defec. Liius lib. 38
& 35. Aetolos *umbilicum*
Græcia incolere scribit, quo
modo & in Sicilia prætæ,
circa Aetnam *umbilicum* Si-
ciliæ appellarunt. Diod. Si-
culi lib. 5.

‡ Strabo d. lib. 9. Alexander
ab Alexandro lib. 5. c. 7. &
3. c. 28.

§ Strabo lib. 8.

¶ Dionis. Halicarn. lib. 4.

C

stria,

Liuius lib. 31. & 35.

* à Polyb. lib. 2. 4. & 5. & in excerptis legationibus, leg. 41. meminerunt Strabo lib. 8. Pausanias 2. 4. 5. & 7. Liuius lib. 28. 31. & 36. Herodotus lib. 6. in Erato.

Strabo lib. 9. Plutarchus in lib. Amator. narrat. ad fin. Alex. ab Alex. 5. Genia. c. 7. Rodolph. Hofm. 2. de orig. fest. c. 15.

Strabo lib. 14. Alex. 3. Ge-nial. c. 28.

Strabo lib. 13. in fin. & lib. 14.

Dionis. Halicar. lib. 4.

Florus lib. 1. Epit. Re. Roman. c. 8.

Dionis. Halicar. d. lib. 4.

stria, & gymnica, & musica faciebant, Dijsq; donaria communia dicabant. Concilium quoque Actolorum, quod Panetolium vocant magni nominis fuit. Apud quos legibus cautum erat, ne de pace, belloue, nisi in Panetolico, & Pylaico concilio ageretur. Achæorum verò, ut omnium prudentissimum* celebratur. Et Panegyria Atheniensium quinto quoq; anno fiebant, ubi præconceptis verbis precabatur bona Atheniensibus pariter, ac Platæensibus. Pambæotia solemnibus vniuersorum Bæotorum festiuitas in campo antè Ionie Minervæ fanum ad ripam Coralij fluminis agebatur, ubi concilia populorum ad omnes hostium motus frequentia fuerunt. Lyciacus conuentus in patriæ administratione permansit. Tres, & viginti fuerunt urbes, quæ in eo concilio ius habebant suffragij; ibi magistratus creabantur, publica iudicia designabant: nec non de bello, & pace consultabant. Tetro- polis conuentus apud Rhodios, apud Cares quoque, quotannis magni agitabantur conuentus propè ipsam urbem ad templum Iouis Chrysaorij, commune Caribus omnibus: qui eò ad sacrificia, & deliberationes de Rep. conueniebant.

Hæc igitur, & his similia exempla sequutus, ille militiæ artifex Seruius Tullus bellatoribus tam necessarius, ut acueret ratione virtutem, cum attentius consideraret priscorum Regum, & aliorum virorum, qui Respublicas peritè administrarant, monumenta, ex quibus famam, & gloriam adepti fuerant, neq; ob muros Babylonios, Assyriam illam mulierem beatam ducebat, neque Aegypti Reges ob pyramides Memphiticas, neque, si quod aliud extabat opus, quod alicuius principis diuitias, & magnum operarum numerum indicare, atque ostentare posset: sed hæc omnia parua, neque diuturna, neque admiratione digna ducebat: & censebat esse oculorum fraudulentas illecebras, quæ ad nullos humane vite usus prodesse, unde nihil præter solam conditorum felicitatis predicationem sequeretur. Laude verò, & emulatione digna animi opera existimans, VNDE PLVRIMI FRVCTVM PERCIPIVNT, quo diutissime fruuntur, præ ceteris istius modi operibus, maxime admiratus est inuentum Amphictyonis. cuius exemplo Latine gentis ciuitates in unum corpus contrahere, & eas coniungere, ne intestinis dissidijs, & bellis debilitatæ, ab accolis

Actolorum concilium Panetolium dictum.

Achæorum prudentissimum.

Atheniensium Panegyria,

Pambæotia.

Lyciacus conuentus.

Rhodiensium, & Cariorum.

Seruii Tullij elegium,

Qui celeberrima illa prisci seculi miracula,

Pulchritudinis, aut magnificentiz tantum, causa commendata, contemnebat:

Imitatione vero digna ducebat, quæ utilitas necessaria gratificat.

Idèò Amphictyonis exemplo,

Latine gentis concilium instituit.

bar-

Et templum adificauit,

Vbi quotannis conuenirent.

Aliud fecit Tarquinius Superbus,

Quod Latinarum feriarum nomen habuit.

Ob hos conuentus Tuscorum potentia aucta fuit.

Lugdunensium conuentus.

Et Hispanorum.

à Britannis magno suo incōmōmodo neglecti.

Festi dies panegyrici dicebantur.

barbaris libertate priuarentur, curauit. Itaq; ex pecunijs, quas omnes ciuitates contulerunt, extruxit templum Diana, quod fundatum est in Auentino, omnium Romanorum collium maximo.

Quò singuli Ciuitatum populi congregati, quotannis priuata, & publica sacrificia facerent, & mercatum exercerent statis temporibus, & si qua offensa, & controuersia inter eos fuisset orta, ex his sacris eam dirimerent.

Postea Tarquinius Superbus Latinorum imperio potitus, ut fœdus cum Hernicis, & Volscis ietum sempiternum esset, statuit designare templum commune, ut cōeuntes quotannis nundinarentur, & unà epularentur, & communibus sacris fruerentur. & constructo Ioui Latiali in Albano monte pulcherrimo templo, quasi ferè in meditullio harum gentium, celebre concilium instituit, quod *Latinas ferias* semper Romani appellarunt.

————— Sic fortis Etruria creuit,

nam *Thuscorum* antè Romanum imperium latè terra, mariq; opes patuere: quia duodecim Ciuitatum panegyrim celebrabant, vbi aduersus maximos inimicorum conatus de summa rerum consultabant. Lugduni quoque vbi *Arar*, *Rhodano* cōmiscetur, communis ara finitimos conciuuit populos numero sexaginta: ad quod sacrum singuli euocati, ingenti coacta manu, aduentabant, deq; rebus magnis indicto concilio decernabant. Et *Hispania* nostra citerior in septem conuentus diuisa fuit, *Carthaginensem*, *Tarraconensem*, *Cæsaraugustanum*, *Cluniensem*, *Asturum*, *Lucensem*, *Bracatum*. in quibus dabantur iura. *Batica* verò in quatuor: *Gaditanum*, *Cordubensem*, *Actisatanum*, & *Hispalensem*. Vni soli feruntur *Britanni*, qui cum varijs factionibus laborarent, ad propulsandum commune periculum, nullos, aut paucissimos conuentus habuerunt. Ità fit, ut cum vires confociatas non teneant, dùm singuli oppugnantur, uniuersi succumbunt.

Hi fuerunt Panegyrici, vbi simul ad sacra facienda, negotiaq; publica deliberanda magno populorum concursu aduentabant. Alij verò ad festos, & sollemnes dies tantum celebrandos indicebantur. qui propriè πανηγυρεῖς dicebantur

Idem ibid.

De his ferijs plura *Alexan.* ab *Alex.* lib. 5. *Genial.* c. 7. vbi *Tiraq.* alia multa congerit *Rodolph. Holsin.* 2. de orig. iest. c. 14.

Virgilius 2. *Georg.* in fin.

Liuius lib. 5.

Alexan. ab *Alex.* 3. *Genial.* c. 18.

Strabo lib. 4.

Alex. 5. c. 7.

Plin. lib. 3. *Nat. hist.* c. item 3. *Mart. Capell.* lib. 6. *Alex.* 2. *Genial.* c. 27.

Plin. 3. *Nat. hist.* c. 1. meminit *Gaditanum*. *Suet.* in *Iuli.* c. 7. *I. Cæsar* lib. 5. *Belli Gallici* *Alex.* lib. 5. c. 7. in fi.

^a Hêric. Stephanus in Græcæ ling. Thesuro.

^b Iulius Pollux lib. 1. Onomasticon. c. 1. tit. 30. Nicetas Serronius in comment. ad Orat. 41. S. Greg. Nazian. in princ. ep. *Panegyrici*, *et Ascensio*, *aliaq; mystica* f. 14.

^c Demosthen. pro Corona.

^d Cicero lib. 1. ad Attic. ep. 11. & in carmine de vita S. Greg. Nazianzeni, ubi ibi notat Iac. Villius nu. 146.

^e Iul. Pollux ubi sup. Athenæus lib. 5. de Antiocho scribens Herodotus 3. Xenophon. 6. Pad.

^f Io.eph. Scaliger lib. 1. Poëtices c. 23. cum 4. seqq. Rodolph. Holsim. 2. c. 17. de his ludis plura Alex. 5. c. 8. & Rodolph. d. 17. & c. 1. & 21.

^g Plutarch. in Theseo, & in Pericle, Thucydides 2. Pausanias 8. in princ. plura cōgerit Rodolph. ubi proxime c. 13. & 17.

^h Herodotus lib. 1. Strabo lib. 14.

ⁱ Fuere, & *Panegyra* Troezenis ubi teruis discubentibus domini ministrabant, quem morē Romani e Græcia in Saturna festo viurunt. Athenæus lib. 14. c. 11. Rodig. lib. 17. Antiqu. lect. c. 21. Alex. 2. Genial. c. 22. Apud Argos *Panegyris* lunonis Honori celebratur. Cæli d. lib. 17. c. 34. Holsim. 2. de orig. fest. c. 17. A Romanis quoq; *Panegyris* *Caenum* menie Aug. feri solitam tradit ex Græc. aucto. Cæli. lib. 17. c. 28. ubi annua peditat supplicia. Pli. 29. c. 4. q. 2. atres eos vigilia superauerant Verbe a Gallis capta, & Capitoio ab eis obfesso. Holsim. 2. c. 22. in fi. K Io.eph. Scaliger. 3. Poëtices c. 109.

^l Et a nonnullis etiam Homeri victorem fuisse traditur, Agellius 3. noct. Attic. c. 11. qua de re vide plures, quos refert Tirac. ad Alex. lib. 6. Genial. c. 19.

^m Totum hoc colliges ex Pindaro. de *præmiis* Victorum Alexan. 5. Genial. c. 8. Rodolph. 2. de orig. fest. c. 11. 17. & 21. præmium igitur virtutis Corona, non præmium, qua de re genero *issimam Tigran*, *Arriabani* si *sententiam*, refert Herodotus lib. 8. qui cum *audires præmium illis coronam esse, non pecuniam, silentium tenere non possit, quin coram omnibus di. e res.* Papi Mardeni, in quos viros induxit nos ad pugandum? qui non pecuniarum certamen agitant, sed virtutis.

ⁿ Io.eph. Scal. lib. 3. Poëti. c. 109.

cebantur, idest ^a publici cætus, seu conuentus, & ^b celebritas publica. Ideo ^b Tempora sacra, panegyri; homines firiantes, Panegyristæ appellabantur. Nonnulli ^c Διονύσια vocant πανήγυριν, sicut alij ^d Nundinas. ^e Pompas etiam, epulis, spectaculis, & ^f viscerationes, quæ publicè à Regibus, Principibus exhibebantur πανήγυρις nominant. ^f Ludi quoq; celebres, ad quos tota aliqua gens in vnum locum confluebat, Panegyrici erant, ut in Græcia quattuor illi, Olympici, Pythij, Isthmij, Nemci. ^g Sacra quoque Eleusinia, & Panathenæa, quia ex omnibus Atticæ oppidis, & vicis ad ea celebranda conueniebant. ^h Et Panionium sacrum, quod collecti ⁱ *uniuersi Iones ad Mycalem montem, & promontorium Neptuno Heliconio dicatum concelebrabant.* ⁱ Alij verò certorum oppidorum ludi, quasi priuati extiterunt. In his aduenientium ^k animi, vel præceptionibus sapientum, vel fortium emulatione componebantur, atque colebantur: vel ludorum festiuitate laxabantur. Namque tum Poëtæ, tum Oratores, tum Aretagi, tum Historici suas recitabant lucubrationes. Legimus enim suas Musas proprio ore Herodotum pronuntiasse. Hesiodus verò etiam se ^l victorem fuisse prædicat. Præterea currus, athletæ, equi, ceteraq; id genus exhibebantur. Ad hæc fabule multæ dabantur vel à Tragicis, vel à Comicis, quorum iocis, & præteritorum laborum lassitudo, & præsentis moræ tedium tolleretur. sed quia in his conuentibus, ut plurimum, orationes aut Poëmata laudatoria recitare moris erat, quæ primùm ipsius Dei, in cuius honorem festum illud celebrabatur, potentiam ostentabant; deinde gentis illius conuentus laudes, reliquæ gestas liberiùs explicabant, ut excitarentur animi ciuium ad similes exercitationes, & glorias, ipsamque celebritatem à ludorum varijs generibus commendabāt; Victores etiam, quasi *summum bonum* ^m adeptos, parentes ac patriam, beatos pronuntiabant, & oleaginis coronis donabant; postremò in votis, atque exhortationibus finem faciebant: obtinuit ut Panegyrici appellarentur. *Igitur PANEGYRICVS EST ORATIO LAUDATORIA, QUÆ*

DICI CONSUEVIT APVD MVLTITVDINEM CONGREGATAM.

Dif-

Et Tēpora sacra.

Nundina.
Pompæ,
Epulæ.

Ludi celeberrimi.

Eleusinia.

Panathenæa.

Ac Panionia.

Quæ in his conuentibus festis fieri consueverant.

Oratio laudatoria, cur panegyricus appellatur?

Materia harum orationum.

Panegyrici definitio.

Quid ab orationibus demonstratiuis differat :

*Differtq̃ ab alijs orationibus demonstratiuis: propterea quòd multæ scribi possunt de cuiuspiam laudibus, quæ nunquam recitata, sola lectione contentæ sunt. Quales Euagoras * Isocratis, & de laudibus Helenæ, atq̃ Busiridis. quin etiam si pronuncientur apud aliquot auditores: ne tùm quidem Panegyrici nomen obtinebunt.*

Romani famæ, & gloriæ avari,

Strenuos milites in concione laudant.

Origo panegyricorum apud Romanos.

Gratiarum actio pro magistratibus datis in concione.

In Curia.

Hæc causa panegyricorum.

Gratiarum actio-
ne Claudius Præfidi-
tus Provinci-
arum interdixit.

Plin. ut Conf. Traiano gratias egit,

Easq; postea vno libro edidit,

Et Panegyrici titulo decorauit,

magis speciosè, quam propriè.

Quæ sequuntur sunt omnes, hæc nomina orationes suas illustrando.

*Et quoniam semper appetentes gloria præter ceteras gentes, atq̃ auidi laudis fuerunt Romani, domi, militiq; laudationes ambitiosè amplexi sunt, cùm strenuis militibus præmia decerneret * Imperator, aduocato in concionem exercitu, productis propè se ijs, quorum præ ceteris virtus insignis extitit, primum quidem singulos illorum laudabat à fortitudine: & si quid aliud in eorum vita fuerit, quod commemorari cum ipsorum laude queat: aut cùm Magistratus crearent in libera Repub. Gratiarum actio in concione, Populo Rom. solebat fieri, pro honoribus datis; quæ aptissimè in laudationem ibat, beneficia recensendo, quæ contulissent: & hæ Gratiarum actiones possunt, licet non tam propriè, panegyrici appellari. Oppressa verò Rep. cùm Princeps iura populi in se traheret, atque ipse Magistratus faceret; Gratiæ illi in curia, non in concione dicitæ, pro * Consulatu tantum f ex Senatusconsulto; quo ex utilitate publica placuit, ut Consulis voce, sub titulo Gratiarum agendarum, boni Principes, quæ facerent recognoscere; mali, quæ facere deberent. Quastamen ex more quodam Præfides faciebant. quod Claudius vetuit, instituens, ne electi aliquas ei gratias in Senatu dicerent. Vnde cùm b officium Consulatus iniungeret C. Plinio Secundo, ut Reip. nomine Traiano gratias ageret, & in Senatu ad rationem, & loci, & temporis ex more fecisset; postea bono ciui conuenientissimum credidit, eadem illa spatiosius, & uberius volumine amplecti, & illustri PANEGYRICI titulo augere orationem suam. Neq̃ enim uniuerso populo conuocato, sed Patribus tantum Conscriptis in Senatu dixit de Principis laudibus. Idcò nullo modo vocare eam potuit propriè panegyricum. Præsertim cùm totius argumenti vis posita sit in genere τῶν & χαριστικῶν. Eum enim finem spectat, ut pro Consulatu gratias agat Traiano: ac propterea in laudes eius adducatur. Cuius exemplo omnes ferè postea gratiarum*

D

actio-

* Vide Photij Bibliothecæ num. 159. & 260.

Cicero pro lege Manilia in prin.

b Polyb. lib. 6. Hist. Liuius lib. 5. luce orta vocatis elajico ad concilium militibus, Manlius primum ob virtutem laudatus, donatusq; & lib. 7. pro concione Distator laudibus Legati, militumq; quorum virtute castra defensa erant, simul audientibus laudes meritis illis animos, simul ceteros ad emulandas virtutes acuit. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 1.

Atque ita villorem cum magna uocis honore bellica laudatis arma dedisse viuis.

Hircius de bello Africo, concione aduocata, milites collaudat, & alij.

c L. Lysius ad Plin. Paneg. num. 18.

d Idem ibid.

e Plin. lib. 3. ep. 18 & lib. 6. ep. 27.

f Idem in Paneg. circa prin.

g Dio. Cadius lib. 60.

h Plin. lib. 3. ep. 18.

i Ioseph. Scalig. 3. Poët. c. 109. in fi.

K Fecit hoc Plin. Græcorum exemplo, inter quos Isocras unus ex decem Græcæ Orationibus Panegyricæ orationem illam, ubi proposita deliberatione, qua Græcis, concordia inter ipsos instituta, fuerat bello barbaros esse oppugnandos persuadetur, cognominauit, quia maxima illius orationis pars in Atheniensium laudibus recensendis consumpta fuerat. & Panathenæicum, laudationem alteram Verbis Athenarum, maioriq; eius illustrium. Photius in Biblio. h. num. 159. Idem fecerunt Calisthenes, Lyfias, Chericus Sophista, & alij, ut ex ipso Photio colliges. Verum in hoc tertio genere, ipse Græci magis legedi, ut faceret Cice. 2. de Oratore, qui de lectionis, aut hominis alicuius ornandis, quam utilitatis forensis causa laudationes scripserant. Verum aut laudationes funebres Græci primum, an Romani instituerint, dubitat Dionis. Halicarn. lib. 5. vide Kirchmānū li. 2. de funeribus Romano c. 18.

actiones, aut *ὑπόμνημα* dicta, scriptaue, hoc nomine cohonestarunt; quibus cum liceat mihi incultam hanc, & inuentam orationem celebri titulo, & ab omnibus communi suffragio recepto, ornare.

I. Lipf. in argumento panegy. Plin.

Plin. 3. ep. 18.

Auctor epistolæ ad Paladum.

Plin. paneg.

Acerrimus stimulus mori-
di laudibus incitare. Idem
3. ep. 17.

In paneg.

Lib. 12. epig. 9.

Dio. lib. 56.

Tacit. 15. Annal.

Hæc prima origo, & causa harum orationum apud Romanos est. Ex quibus fieri Principes non quasi à magistro, sed tamen sub exemplo præmonerentur, qua potissimum via possent ad eandem gloriam niti. Nam præcipere qualis esse debeat Princeps, pulchrum quidem, sed onerosum, ac propè superbum est: laudare vero optimum Principem, ac per hoc posteris, velut è specula, lumen quod sequantur ostendere, idem utilitatis habet, arrogantia nihil. Adde quod sic facilius inflammantur, flectuntur, generosus enim animus quanto commodius ducitur, quam trahitur, quantoque melius blandimentis sanatur, quam conuijs. Quod autem efficacius, imò quod aliud prudentibus est usurpatum cohortandi genus, quam ut magna iam ex parte tribuant ea decora, ad quæ prouocant?

Præterea Prouinciales Propratoribus, Proconsulibus, Proquestoribus, & Præsidibus pro recta suarum prouinciarum administratione, vel publicis decretis apud Senatum per Legatos gratias agere consueuerunt. Accendebatur iuuentus, crigebatque animos ad emulandum, quod laudari videbat: nec fuit quisquam, quem non hæc cogitatio subiret, cum sciret quidquid à quoque in prouincijs beneficeret, omnia Senatum, & Principem scire; quia nihil magis (bonorum scilicet Impp. temporibus) profuit Candidatis, ad sequentes honores, quam peractus optimè magistratus, & pro eo gratiæ actæ. Ideò efficacissimum pro Candidato genus erat rogandi gratias agere. Vel priuatis scriptis laudatiunculas mittebant, quas codicillos amicorum Plinius vocat. qualis illa Martialis ad Traianum,

Palma regit nostros, mitissime Cæsar, Iberos,

Et placido fruitur pax peregrina iugo.

Ergo AGIMVS læti tanto pro munere GRATES:

Misti mores in loca nostra tuos.

Sed quoniam nonnulli testimonia sibi, & laudationes à Prouincialibus comparantes, multa ea occasione peccabant. Indè initia magistratuum meliora fermè, & finis inclinabat, dùm in modum

Panegyrici optimi ad præmonendos, ac docendos Principes magistri.

Gratiæ præsidibus actæ, vel publicæ,

Quæ plurimum ad nouos & consequendos honores prouocauerunt;

Vel priuatum.

Ob ambitionem rationem prohibita.

can-

Candidatorum suffragia conquirebant. quæ si arceantur, equalius atque constantius provincie regentur: nam ut metu repetundarum infracta auaritia est, ita vetita gratiarum actione ambitio cohibetur: Augustus interdixit, ne cui Præsidum quamdiu in provincia esset, neque intra sexagesimum à discessu eius diem, vllum honorem haberent. Tamen quia ex eo Senatusconsulto post diem laudationes permittebantur, ambitioni Præsidum locus relictus fuit: postea auctore Nerone, ex celebrata illa Pæti Thraseæ sententia sancitum, nequis ad concilium sociorum referret, agendas apud Senatum Proprætoribus Præueconsulibus grates, neque quis ea legatione fungeretur. Fuit ergo Gratias agere, sic laudare, quas etiam in falso Deorum cultu coniungebant, simul LAVDES GRATESQ. AGENTES, qui quidem in verbis positus, precationibus potissimum, gratiarum actione, & laudibus constabat.

Dio. lib. 36.

Tacit. 15. Anal.

Plaut. in Mili. glor. A. 2. 3. Sc. 5. & in Trinummo. A. 2. 4. Sc. 1. Livius 7. & 27. in Decij, & Marcelli ad Milites orat. & alij quos refert Brissonius lib. 1. de Formul.

Laudationes multæ desiderantur, gloriæ, ac famæ auidi.

doctos ob id in honore habentes,

Eosque reformidantes.

Plerique vitam, & facta sua ipsi scripserunt.

Alij laudationes in adulatione, & ludibrium vertebant.

Ceterum Principes, non solum laudationes publicas ambiebant, ut *Candidati immortalitatis, & gloriæ*, sed, & privatas gratiarum actiones. Historijs quoque nomen suum inferi, aut carminibus celebrari flagrantissimè desiderabant. ob id celebres Historicos, aut præstantes Poetas fouebant, & apud se in honore habebant; adeo ut *moris antiqui esset, eos, qui vel singulorum laudes, vel urbium scripserant, aut honoribus, aut pecunia ornare. Amabant literatos homines, & vehementer eos etiam reformidabant, ne quid de se asperum scriberent.* Hadrianus verò Imp. *famæ celebris tam cupidus fuit, ut libros vitæ suæ scriptos à se, libertis suis literatis dederit, iubens, ut eos suis nominibus publicaret. Ac plerique suam ipsi vitam narrare, fiduciam potius morum, quam arrogantiam arbitrati sunt. nec id Rutilio, & Scauro citrà fidem, aut obrectationi fuit. adeo virtutes ipsorum temporibus optimè æstimantur, quibus facillimè gignuntur.*

Plin. in paneg. utitur eadē metaphora eleganter Tertullianus de Orat. c. 3 de Christianis loquens *Candidati Angelorum*, & lib. 2. aduer. Marcion. c. 25. *Candidati æternitatis*, & *restitutionis*, & à contrario sensu *Candidati diaboli* in lib. de Coro. mili. *Candidati timoris* lib. 1. ad uxorem c. 7. & Symmach. lib. 1. ep. 35. *Candidatus Philosophia*. Plin. 3. epist. vlt.

Lamprid. in Alex. Seue. c. 3.

Spartianus in eo. c. 16.

C. Tacit. in Agrico. in eandem sententiam Cice. lib. 5. epist. famul. ep. 12. circa fin. *cogit fortasse facere, quod nonnulli sape reprehendit. scribam ipse de me: multorum tamen ex iplo, & clarorum virorum, ubi plura etiam in contrariū dixerit.*

Plin. paneg. *alijs legunt *commissioibus*, quod non nō ad contentionem, & certamen refertur apud Tertullianū ad Martyras c. 1. & de Præscript. adu. her. c. 24. & adu. Gnosticos. hanc lectionem descendit Calaubonus ad Suet.

Tandem deprauatis moribus vtilissimum laudandi institutum in miseram adulationem versum mali Principes dehonestarunt, Cum laudes Imperatorum ludis etiam, & *commissationibus celebrarentur, saltarenturque, atque in omne ludibrium effeminatis vocibus, modis, gestibus, frangerentur. & eodem tem-

pore

in August. c. 89. ibi nomen suum *commissioibus* obsole fieri. Lipsius verò hic nota. 568. tuetur *commissationibus*, quia comædi, & cithæ radi celebrabant in mæsa laudes Principum. Aur. Victor. in epit. de Cæsar. c. 48. *prohibueruntque lege, ministeria lasciuia, & lasciuiaque commissationibus adhiberi.*

pore in Senatu, & in scena, ab histrione, & à Consule, laudabantur. illæ enim erant solùm voces suauissimæ, & auditui gratissimæ, ac organo dulciores, quæ eorum laudes optimè canerent.

Nonnulli tamen Principes modestiæ velo priuatas gratiarum actiones cohibebant, & comprimebant, & panegyricos de se audire recusabant. inter quos Pescennius Niger (& eius exemplo Alexander Seuerus) cui Imperatori factò, cum quidam panegyricum recitare vellet, dixit ei, Scribe laudes Marij, vel Annibalis, vel alicuius Ducis optimi vita functi, & dic quid ille fecerit; V T EVM NOS IMITEMVR. nam viuentes laudare irrisio est, maxime Imperatores, à quibus speratur, qui timentur, qui præstare publicè possunt, qui possunt necare; qui proscribere, se autem viuum placere velle,* mortuum etiam laudari. quod ego non modestiam, sed quia diffiderent, posse de illis memoratu digna tradi; vel ut degeneris animi, aut præpoterè ambitionis interpretor. nam gloria, ne ab ijs quidem, qui contemptum eius introducere conantur, negligitur. Melius illi qui sperarunt. Cetera Principibus statim adesse: unum insatiabiliter parandum. prosperam sui memoriam; nam contemptu famæ, contemni virtutes.

Sed apud priores, ut agere memoratu digna pronum, magisq; in aperto erat: ita celeberrimus quisque ingenio, ad prodendam virtutis memoriam sine gratia, aut ambitione, bonæ tantum conscientie pretio ducebatur. Nostri verò temporibus, ut alia speciosa, & egregia, ita hoc in primis exoleuit. Nam postquam desimus facere laudanda, laudari quoque ineptum putamus. At mihi nunc narraturo, illustres admirandæq; actiones EXCELLENTISS. LEMENSIV COMITIS venia opus fuit, quam non petissem, ni* incusaturus — incuriosam suorum atatem. dum nimio amore antiquorum — vetera extollimus, recentium incuriosi, & naturaliter audita visis laudamus libentiùs; & præsentia, inuidia; præterita veneratione prosequimur; & his nos obrui, illis instrui credimus.

Hi sunt inuidiæ nimirum — mores,

Præferat antiquos semper, ut illa nouis.

Nec omnia apud priores meliora, sed nostra quoque ætas multa laudis,

Cassiod. 1. var. epist. 32.
* Cicero pro Archia Poëta. Valer. Maxi. lib. 8. c. 14. de Themistocle. de Xenophonte Plutarchus in libe. an Seni sit gerenda resp. nulla iuauit audisse laude.
Plin. panegy.
Spartianus in Pescen. c. 11.
Lapid. in Alex. Scue. c. 33.

* Imitatur ab Autore panegy. Philipp. Vixit placere modis, non nisi mortuus laudari.

Tacit. 4. Annal.

Valer. Maxi. lib. 8. c. 14. de Aristotele. Cicero pro Arch. poë. ad si.
Tacit. 4. Annal.

Idem in Agric.

Plin. lib. 3. epist. vlt.

Tacit. Agric.

* libri habet incusaturus. Idem 14. Annal. in orat. C. Cassij.
Idem 1. Annal. in si. sub elogio Arminij.
Velleius Paternulus lib. 2. Histo. c. 92. eandem querelam de suo tempore pluribus expressit Horat. 1. ep. 1.

Martialis lib. 5. epigr. 10.

Tacit. 3. Annal. & lib. 1. Histor. Non tamen adeo virum sterile seculum, ut non & bona exempla prodiderit.

Nonnulli panegyricos sibi dici prohiberunt.

Sed ut degeneres vel quia diffidebant;

Nam fama sepe oriam boni induit gñ. Tacit. Agric.

Olim laudanda facienti vltro prædicator erat.

Secus hodie,

Nam veteres tantum laudant,

Suos negligunt.

Sed nostra ætas
multū habet lau-
dabile,

Si eloquentia pro
dignitate suppe-
retur.

Idē arduum de
hoc magno viro
scribere,

Præcipue cū of-
fendantur Prin-
cipes, si nō a præ-
stantissimis lau-
deantur.

laudis, & artium imitāda posteris tulit — & si rerum natura pa-
teretur, adscribi sibi voluisset antiquitas. Non enim sunt impa-
ria tempora nostra transactis. Habemus sequaces, æmulosq; prisco-
rum. Redde nunc Plinium, & sume in nostro Comite Traianū.
Habes magna, quæ dicas, si & tu simili oratione * resplendeas.
Fama temporum de legitima, atq; eloquenti iussione generatur.
Omnia si quidem bona cumulat lingua disertā: & quod ab illis
precipitur, gratia dictantis ornatur. Vellem, si rerum natura pa-
teretur, Xenophon Attice, in ævum nostrum venires: tu, qui ad
Cyri virtutes exequendas votum potius, quàm historiam commo-
dasti, cum diceres, non qualis esset; sed qualis esse deberet. Si nunc
in tempora ista procederes in nostro Lemenſium Comite cerne-
res, quod in Cyro tuo non videras, sed optabas.

Una, sed maxima difficultas, quod hæc æquare dicendo, ar-
duum, immensum etiam acutissimo ingenio, quamquam altis-
simè assurgat, & amplissimis operibus increſcat. Non tamen pige-
bit, vel incondita, ac rudi voce — res magnas, quas per Neapo-
politani Regnum virtute, felicitateq; correxit, multis vete-
rum factis fortibus præstans, singula serie progrediente monstrare,
instrumenta omnia mediocritatis ingenij, si suffecerint commotu-
rus. Quicquid autem narrabitur, quod non falsitas arguta con-
cinnat, sed fides integra rerum absoluit, documentis evidentibus
fulta, ad laudatiuam penè materiem pertinebit. Omni hac, & si
non adulatione, specie tamen adulationis abstinui: non tanquam
liber, & constans, sed tanquam intelligens Principis nostri: cuius
videbam hanc esse præcipuam laudem, si nihil, quasi ex necessitate
scriberem.

Animaduerto etiam iustam esse Principis offensionem,
si componi aliquid de se, nisi & serio, & præstantissimi audeant.
nam si esse nobis curæ solet, ut facies nostra ab optimo quoq; artifi-
ce exprimatur, nonne debemus optare, ut operibus nostris opti-
mus, & elegans scriptor, prædicatorq; contingat? cum certum
sit, * omnes omnium virtutes tantas esse, quantas videri eas vo-
luerint eorum ingenia, qui uniuscuiusque facta descripserint. Hæc
ut effugerem conficius mediocritatis ingenij mei, & quod
egregij viri gesta munere mei sermonis non indigeant; simulq;

E intelli-

Aufonius in paneg. ad Gra-
tianum.
Cassiod. lib. 8. var. ep. 13.

* Alij libri habent, res-
plendeas.

Aufonius paneg. Gra-
t.

Plin. lib. 8. ep. 4.

Tacit. Agric.

Ammianus lib. 16. rerum
gesta c. 1.

Plin. lib. 6. ep. 39.

Octavianus August. apud
Suet. in eius vita c. 89.
Plin. lib. 7. ep. 33. in eadem
sententiam Cicero pro Ar-
chia poeta in fi. An, cum
statuas, & imagines, non
animorum simulacra, sed
corporum, studiorū multū
summi homines reliquerūt,
consiliorum relinquere, ac
virtutum nostrarum effigē
nonne multo malle debe-
mus, summi ingenij ex-
preſam, & politam?
* Vopisc. in Probo c. 1.
Idem in Aureliano, c. 24. in
fin.

Symmach. 10. ep. 2.

Vopisc. in Probo. c. 1.

Plin. 3. epist. ult. Cassiod. 1. var. cpi. 1. *Quicquid & nos possumus vestra praecentis applicetur.*
Plin. 3. ep. 1.

Sidonius Apollinaris lib. 8. ep. 10. ex lectione I. Lipsij in Elogijs ad panegy. Plin.
Vt affirmat I. Cuiatius ad l. 2. §. Imper. noster. 6. D. de iure fisci.

Aurelius Victor in Epit. de vit. & mori. Imp. c. 48. ubi Theodosium Traiano similem facit, transcripsit Paul Diac. 13. Hist. misc. c. 16.

Velle. Patere. 2. Hist. c. 36.

Plin. 3. ep. 13.

Tacit. 4. Annal. in eandem sententiam Cicer. 5. Famil. ep. 12. *Nihil est aptius ad dilectionem lectoris, quam temporum varietates, fortunarumque vicissitudines, &c.*
Plin. 3. ep. 13.

intelligens eminentes virtutes, laudabiles actiones, & prudentes constitutiones, doctis, & insignibus scriptoribus egere; *Magnis enim negotijs itidem, ut magnis comædijs, edecumati apponuntur actores*: nouum styli genus pulcrum, sublime, varium, ornatum, & elegans elegi: *praecones tantarum virtutum* clarissimos scriptores feci: ex quibus verba, & sententias rebus ab Excell.^{mo} Prorege nostro gestis conuenientes decerpsi, inter se vixi, & aptè (ni fallor) disposui; vt vnum corpus sibi cohærens ex disiunctissimis partibus efficerem. Ità, vt, quod mihi ad prædicanda tam egregia facta deerat, eorum eloquentia suppeteret, sic enim do illi, *quantum maximè potui, daturus amplius, si potuissem*. nam si *felicitatis supremus cumulus* iudicatur, vt eloquentissimus C. T. ACITVS laudator contigerit: ex eius operibus potissimum hunc panegyricum in centonem cōcinnaui-
mus, & saltem quod per naturam licebat, præstitimus. Deindè si Traiani memoriam non tam suæ virtutes, licet eximiæ, quàm nobilissimus, atq; incomparabilis C. PLINII SECVNDI Panegyricus (*quo nullum extat elegantius monumentum linguae, & facundiae Latinae*) immortalitati consecrauit, & Princeps noster ab eo immortalem gloriam accipiet: cum & ipse plus quàm ceteri omnes, nobis cōtulerit. quia omnia, quæ de suo Traiano clarissimus scriptor laudauit, optimè nostro Comiti conueniunt; nam *mens prorsus similis ei. adeò ut nihil dici queat, quod non ex libris in istum videatur transferri*. Imò quæ de bonis Principibus Florus, Velleius, Suetonius, Spartianus, Capitolinus, Lampridius, Trebellius, Vopiscus, Ammianus, Zonaras, Nicetas, & alij (quorum mentionem facimus) celebrarunt; omnia simul in hoc optimo Prorege inueniuntur, *omnibus omnium gentium viris magnitudine sua caliginem inducturo*.

In panegyrico scribendo cōsideres velim, optime Lector, ut pulchritudinem materiae, ità difficultatem. in ceteris enim tenovitas ipsa intentum habet; nam situs gentium, varietates praetiorum, clari ducum exitus, retinent, ac redintegrant legentium animum: in hoc, nota, vulgata, dicta sunt omnia: quò fit, ut quasi

Magnæ enim virtutes magnis scriptoribus egent.

Ab antiquis hæc concinnaui-
mus,

Ex quibus Centonem quædam fecimus,

Vt dignius eorum verbis celebra-
retur.

Inter quos eminent C. Tacitus,

& C. Plinius Secundus:

& si plures alij nobis conferat.

In panegyricis placere difficili-

Quia lector tantū elocutioni vacat:

Ideò hoc styli genus elegimus.

Eius tamen molem, & molestiā

Soli experti sciūnt;

Leuiorem tamen, si doctrina ciuili in genere tradatur:

Graviorem, si in specie, certis factis, & actionibus adaptetur.

Quas tantū laudare propositum mihi.

quasi otiosus securusq; tantum eloquenti vacet, in qua satisfacere difficilius est, cum sola aestimatur. Indè etiam consilium mihi, parua de magnis, pauca de plurimis hoc styli genere tradere, ut varietate sententiarum, grauitate Auctorum, & dignè celebrarentur, & tibi aliquid oblectationis afferrem.

Id quàm difficile, quàm arduum sit, solus nouerit, qui periculum faciet. accedat artis peritus, ac testis omni exceptione maior doctissimus IVSTVS LIPSIVS gloria temporum nostrorum, qui primus in hoc stadio feliciter currit, ipse laborem, difficultatem, & molestiam fateatur. Sed ille generaliter Principatui virtutes attribuit, prudentiam propriam ingerit, alienam commendat; & quæ firmando, aut infirmando regno sunt, ostendit. quæ omnia obuia, & trita sunt præcipuè studijs, *ut sic dixerim, in umbra educatis.* At sigillatim vnius Principis regimen verbis antiquorum scribere, recentia huius æui mutatione orbis priscis, haud perindè similia, illis ritibus, aut factis non tantum aptare, sed & efficere, ut ipsi velut cothurnati in scenam prodeant, personam assumant, laudes celebrēt, actiones commemorent, difficilius videtur? maximè ei, qui in remissionibus tantum, *ad instar refectiois, & seriarum laxamenta curarum, interualla negotiorum studijs dispungit.*

Denique aduertat obsecro, non fuisse propositum mihi, virtutes omnes optimi Proregis laudare, *est enim ex virtutibus eius tam larga materia, ut, si singulas persequi vellem, propè in immensum diffunderetur oratio mea, vixq; multis voluminibus explicarentur: sed quantum illi pro laboriosa ista, & exercitata statione, debeamus; quæ commoda prudens eius præfectura contulerit; quæ digna emendatione correxerit; quæ in meliorem formam redegerit; quæ primùm à viuio, & acri illo ingenio animaduersa, egregijs constitutionibus fundarit. Hæc tantum assumpsi vera laude describere, & quodammodò historico colore depingere, sed breuiter perstrinxi, & quasi punctis quibusdam acuminata signavi. Ut qui terrarum Orbem vnius tabule ambitu circumscribunt, aliquanto detrimento magnitudinis, nullo dispendio veritatis; reli-*
quas

Tacit. 1. Annal. in prin.

Cassiod. 1.1. var. ep. 1.

In epist. ad Lect. ante lib. Politic. & Epistolarū cēt. 3. Miscella. ep. 18. 78. & 81.

Tacit. 14. Annal. in orat. Senecæ ad Neronem, & apud Ammianum lib. 16. c. 1. ex Academia quæius umbraculis.

Plin. paneg.

Velle. 1. c. 13.

Præcepta tertij generis, hoc est, laudationum, tradit. Cice. lib. 2. de Oratore. Plin. lib. 6. ep. 27.

Idem panegy. Velle. 2. c. 46.

Plin. paneg.

Cassiod. in præfatione lib. 3. var.

Aufonius in paneg. ad Gratianum.

Valer. Max. lib. 8. c. 14. de
P. Africano Maiori.
Plin. 3. ep. 10. §

Velle. 2. c. 19.

Tacit. in Agric.

quas verò virtutes *Homerico, quàm rudi, atque imposito praconio digniores*, quas in præfenti omitto, in aliud volumen cogito reſervare, neque enim affectibus meis uno libello eas proſequi ſatis eſt; neq; earum magnitudo permittit, quæ multorum voluminum inſtar exigit. Hic interim liber honori, & gloriæ Excellentiff. Lemenſium Comitis deſtinatus, profeſſione gratulationis, aut laudatus erit, aut excuſatus.

Singulas verò virtutes in alium librum celebrare curabo.

Sed adhuc paullum in veſtibulo hoc fiſte, dùm

MONITA quædam, ſive **CAUTIONES** profero, ut inſtructus accedas, magiſq; ex tuo, ac meo uſu, me legas.

Plin. 7. ep. 17.

Idem 5. 7.

Mart. 7. epig. 23.

Cogito quàm ſit magnum dare aliquid in manus hominum, & ſcio librum malignitati interpretantium exponi.

Liber malignitati interpretantium exponitur.

Quid non audebis perfida lingua loqui? ideo occurrendum ei breuiter putavi, ſi quid quærat, aut carpat.

Auctor epiſt. ad Palud.

Ac prima (ni fallor) calumnia erit illorum, qui *Panegyricos* nihil aliud, quàm *aſſentationes* eſſe putant. hi prorſum ignorare videntur, quo conſilio, cui rei, genus hoc ſcripti ſit à prudentiſſimis viris repertum; nempe ut obiecta virtutis imagine improbi Principes emendarentur, probi proſcicerent, rudes inſtituerentur, admonerentur errantes, extimularentur oſcitant, denique ipſi apud ſeſe pudeſcerent deplorati. de quo, quia plura ſuprà dicta ſunt, non repeto. Deindè non intelligunt in ſeſe recidere contumeliã, cum ipſi adulaſores ſint maximi. Verum nimium eſt interualli inter iſtorum teterrimum aſſentandi genus, & hoc non meum, ſed eruditorum omnium. Illi laudant, & turpia, & ſui compendij cauſa ſeruiler blandiuntur auribus ſtultorum: nos amabilem illam virtutis quaſi faciẽ in commune proponimus, idq; eius nomine, quem ea maximè deceat, cuiuſque titulo facillimè commendari queat multitudini. ſed ſint iſti quantumlibet ſeueri, nobis liceat ſic ſcribere cum D. Ambroſio, cum D. Hieronymo,* qui multis ſcriptis ad ipſos laudibus ornarunt. Quod viris tam diuinis in priuatis licuit Epiſtoliſ, mihi in tam populari, tamq; pœnè theatro ſcripti genere non licebit? itaq; non ſtatim debemus adulationis ſuſpectos habere, quicumque laudant; non minus enim ſuo tempore laus

Panegyrici non ſunt aſſentationes,

Sed genus ſcripti à prudentiſſimis repertum ad præmonendos Principes.

Adulaſores honeſti, atq; inhoneſti laudant

Panegyrici virtutis faciẽ in commune proponunt.

S9. viri in ſuis ſcriptis multos laudauerunt,

Non eſt adulaſor quicumque laudat.

* Fuereq; & alij plures Sãcti Patres, qui non ſolùm in epiſtoliſ, ſed in hoc ſcripti genere homines laudarunt. Grægorius Nazian, cognomento Theologus panegyricas orationes decem ſcripſit. Baſilius Magnus in panegyrico ingenuè eminebat, ut reſert Suidas. ad id ut hunc legere potius, ac imitari, non pſum quoque Platonem, ſive Demotheum, quos tamen æſtandos atq; præcipuos, q. qui in Oratores cimites, ac panegyricos euagere cupiunt, innotat Photius in Biblioth. num. 141. ſunt, & alij, quos conſulto omitto. Plutarchus in lib. Quomodo poſſit adulaſor ab amico internocui.

laus amicum, quàm abiurgatio decet. Hæc purgatio apud prudentes Iudices non inhonestæ videretur opinor, etiam si mihi Phalaris aliquis, aut Sardanapalus, aut Heliogabalus hoc panegyrico laudatus esset.

Auctor Epist. ad Palad.

Malignam interpretatione detestamur,

Nā improbi est, in alieno libro ingenium videri,

Panegyristarū reprehendendi licentia nō probatur.

Scriptores an cū fide, & ex sua mente, & sententia adducantur,

Soli docti iudicent;

Qui sciunt in centone quantum liceat,

Et si nos, hanc licentia vix viurpemus,

Calumnia altera futura videtur *malignæ interpretationis*. si quæ de alijs Proregibus generatim à me dicuntur, in hunc, aut illum trahant: & quæ dextera porrecta sunt, tanquam à sinistra accipiant. Absit enim, absit bonos ut Proreges fugillem. Absit etiam à panegyrici nostri simplicitate *malignus interpres*, nec de alijs dicta subscribat. Improbè facit, qui in alieno libro ingeniosus est. Ego autem neminem nomino. quare irasci mihi nemo poterit, nisi qui antè de se voluerit confiteri. nec de illo queri poterit, quisquis de se bene senserit. nimiam insectandi, ac reprehendendi licentiam, idest panegyricorum propriam linguam, quam scuerissimi quoque, & suprema fortune viri affectasse videntur, excusarem, si meum esset exemplum. Sic scribit Plinius, sic Pacatus, sic Mamertinus, sic Nazarius, sic quicumque perlegitur. hoc Rhetorum institutiones exigunt, quas negligere in totum nefas, modeste eis uti, laudabile. Ideò nullum est tam perfectum opus, quod non vellicare malignitas possit: nullum etiam tam inornatum, quod non bonus interpres extendat.

Amian. lib. 20. c. 2.

Mart. in ep. ad lib. 1. epig. utitur & Sidonius Apollinaris lib. 7. ep. 12.

Cic. pro L. Manilia.

Martial. in epist. lib. 1.

Idem in ep. ad lib. 8. epig.

Idem ep. lib. 1.

Quintil. 3. in 8. orat. c. 7.

Sene. lib. 2. de benef. c. 28.

Tertia calumnia, si non rectè, nec ex scriptorum mente aliqua desumpta, vel in casu, aut tempore diuerso videantur. Huic oppono,

I. Ut nemo nisi, qui in antiquorum scriptis versatus fuerit, hunc librum iudicet; imò nec legat, *doctis enim scribimus—qui meliore quidem illa Musa capiuntur, idest prisca.* nam

Sic Iacob. Culat. ut referatur in eius vita. Lip. cent. ling. ad Germ. & Gall. epist. 74. Martial. 3. epig. 86.

Me raris iuuat auribus placere.

II. In Miscella hac scriptione, seu centone, liberum semper fuit, imò laudabile à sententia aliquandò flectere, nec aliter constare potest hic contextus; non enim plures, ac diuersæ auctorum sententiæ in vnum tenorem, ac methodum coniungi possunt, ut licet distantibus ex fontibus emanent, ab vno velut pectore profluant. Sed adfint artis periti, videbunt, quàm leuiter in hoc peccatum,

F & so-

& solum in connexionibus, aut quando tempus, aut personam mutare res ipsa exigit, hac licetia parcissime vsum. in improbam verò sententiam, aut falsam flexum, nec malignitas ipsa ostendet.

Atque hæc vniuersè dicta sufficiant; nunc sigillatim quarundam rerum explicationem accipe.

I. Fit frequens mentio *Rationalium*, quia multa circà eos noster Comes vtilia instituit. Hi antea *Procuratores Caesaris*; posteriorum verò Impp. temporibus *Rationales* sunt appellati, qui ad fiscum pertinentes causas decidebant, & fiscalia negocia* expediebant. In Notitia Imperij Occidentalis, *Rationales summarum* dicuntur, fueruntq; XI. in diuersis prouincijs sub dispositione *Comitis sacrarum Largitionū*; & totidem sub *Comite rerum priuatarum*; sed hi, *Rationales rerum priuatarū*, vel *summa rei priuatae* appellabantur. In Oriente solus fuit *Rationalis summarum Aegypti*. quandoque absolute *Rationales* vocabantur. Hoc nomine appellandos censui, quos vulgò *Præsidentes de la Sumaria*, quia optimè eis ministerium, & nomen conuenit. *Grata enim sunt omnino nomina, quæ designant protinùs actiones: quando tota ambiguitas audienti tollitur, ubi in vocabulo concluditur, quid geratur.* Ceterum quos vulgò *Rationales de la Camara* appellant, sunt propriè *Numerarij*, aut *Numeratores*.

II. Notas polui ad vtramque paginae oram. in extrinseca auctores ex quibus verba mutuatus sum, ac præcipuas defloravi laudes, maxima cum fide retuli; omnes enim non semel vidi. Quòd si aliquos (præcipuè qui in capita non sunt diuisi) non promptè inuenias, quæso ne statim falsæ allegationis crimen imponas, diligenter auctorem consule, & inuenies, si non

----- nouit librarius illis.

In intrinseca verò, verba *Nouæ Reformationis* (quam typis Prorex noster Hispano sermone mandauit) *fidei causa inferenda credidi*. simul Epistolam, quam Italo idiomate fidelissima hæc Ciuitas, Barones, & Regnum, ad Catholicum Regem nostrum miserunt, *ut publicam -- ad verbum*

Rubr. D. de offic. procu. Cesar. vel Rationalis. & apud Lapid. in Alex. Seue. c. 45.

* vt pluribus legibus comprobatur Brissonius lib. 16 de de verb. sign.

Inscriptio l. 7. C. Theod. de iur. fis. Guido Panciroli ad Notitiam Occidentis c. 35.

Inscriptio l. 7. C. vbi causæ fiscales l. 7. C. de bonis prof. cript. l. 2. C. de bon. vacan. Cassiod. 6. var. for. 8. Guid. Panci. in Occid. c. 42. Strabo. lib. 17. Geogra. Guid. Panci. in Orient. c. 74.

Capit. in Clod. Albi. c. 2. & Alex. Seue. c. 46. & Gordianis c. 7. Ammian. li. 22. c. 6.

Ant. Surg. lib. 1. de Neap. illust. c. 7. nu. 2. & c. 26. nu. 23.

Cassiod. 6. var. form. 7.

Guid. Panci. ad Orient. c. 15.

Martial. lib. 2. epig. 8. Symmach. l. 1. epist. 18. *negligens veri librarius*, vbi plura. F. Iuretus in Miscell.

Vopisc. Aurel. c. 12. & 17.

Idem ibid. c. 8. & in Floria. c. 5.

Procuratores Caesaris, Rationales posterioribus temporibus sunt dicti,

Vel Summarum,

Vel rerum priuatarum.

Notas ad vtrâque paginae oram posui.

Simul libellum nouarum constitutionum,

Et epistolam Ciuit. Bar. & Regni ad Catholicum Regem nostrum.

bum, ut decebat, inserui. Hæc nostri Comitis laudes continet — gratias agit ob eius administrationem prudentem, quid iudicij de eo totum Regnum habuerit, plenissimo testimonio prosequitur. Sic Annalium scriptores fecisse video.

Idem in Aurel. c. 9.

Trebell. Poll. de Tyr. c. 10

Idem ibid. c. 30.

Idem ibid. c. 18.

Vopisc. Aurel. c. 17.

Sed accede diuisiones,

III. Cum Panegyricus in capita diuidi non possit (est enim continua, & indiuidua oratio) principium cuiusque actionis, laudis, aut rei, maximis literis notauimus, ut quam diuersitate causarum, legentis intentio concitetur, efficacius tamen rapiatur animus, cum tendit ad terminum. Vereretur ne immodicam orationem putares, nisi esset generis eius, ut sæpe incipere, sæpe desinere videatur; nam singulis actionibus singula *ἑνὸς* continentur. Poteris ergo, undecunque inceperis, ubicunque desieris, quæ deinceps sequentur, & quasi incipientia legere, & quasi coherentia: neque in vniuersitate longissimum, breuissimum in partibus iudicare.

Cassiod. in præfat. ad lib. s. variarum.

Plin. 9. epist. 4.

III. Plures locos similes Auctorum ad oram posui, ut videas non emendatis suffragijs centonem hunc texuisse, sed fecunda vena, tanquam proprijs verbis, liberrimo cursu eorum auctoritatibus vsum. Varias lectiones, vbi opus est, retuli, Criticorum obseruationibus, manuscriptis, aut rationibus, quàm vericrem credidi, comprobans.

Locos similes, Et eorum varias lectiones.

l. singuli. 14. C. de accusat. l. 73. C. Theod. de Decurio. Cuiatius 1. obseru. c. 33.

Item distinctiones.

V. Velim, ut diligenter obserues INTERPVNCTIONES, & distinctiones, quæ cola posita, semicola, puncta, aut bipuncta denotant, nam ex eis sententia terminanda, aut sustentanda est. item discrimina verborum, quæ mea, quæ aliena sunt; nam diuersa literarum figura separata, fidem, & clariorem intelligentiam præstabunt.

Tandem da veniam, si breuitatem sibi debitam paulò scrupulosior Epistola excessit, dum totam panegyricorum materiam sollicita rimatur, & consilium instituti operis, ac formam aperit. Nam primum ego officium scriptoris existimo, ut titulum suum legat, atque identidem interroget se, quid ceperit scribere, sciatque si materie immoratur non esse longum: longissimum, si aliquid accersit, atque attrahit. Vnde cum

Sidon. Apollin. lib. 2. ep. 2. in fi.

Officiū scriptoris quod?

Plin. lib. 5. ep. 6. omnino videndus, & quæ disputat lib. 1. ep. 20. Symmach. 1. ep. 39

*cum totam hanc rem oculis tuis subijcere conamur, si nihil indu-
ctum, & quasi devium, loquimur, non epistola quæ describit, sed
res quæ describitur, magna est;*

Martialis in eodem sensu
lib. 2. epig. 77.

Non sunt longa, quibus nihil est, quod demere possis.

V A L E.



LE-

L E C T O R I

IVLIVS CAESAR CAPACIVS

Neapolitanae Vrbi à Secretis.



OBILE scriptionis hoc genus, sacrum, tectumq; nobilibus ingenijs esto. Arcet vulgus; cuius stomachus, aut praeduram tantum communem barbariem decoquit, aut ferream hanc Latini sermonis aetatem, quae deperdito candore in sua aerugine incanuit. Ill.^{mi} GARCIAE opus ad Excell.^{mi} PRINCIPIS laudum admirabile fastigium est euectum. Placet oculis, auribus. Illis quidem, quod colorum varietas ex doctissimorum *μυροβηκίας* prodijt; ipseque ad molem illustrandam, veluti ex Sinnada lapides, ex Perside aulaeum, omneque ex Indis margaritum, ex promo veterum condo omnem supellectilem in suam sic appositè congeffit, ut vndique materies venustè, & rotundè quadret. His verò, quod dum tanti SCRIPTORIS linguae bombus, libandis hinc indè floribus personat, suavisissima mella constipari praesentiunt. Atque ità in sua foecunditate elatus, in aliena segete castissimè luxuriat. Quantòque elatior per sententiarum cacumina ad Regnorum dignitatem latices fundit; tantò purior in Principis honores cadit, rigatque HEROIS gestorum memoriam, quae aeternum virescat. Ità noua scriptio, ut alijs auia, ut mihi celebris, ut Principi chara, ut Scriptori gloriosa. Fruere.



AVCTORVM ELENCHVS.

AVCTORES vno aspectu, si lubet, vide, è quorum scriptis hunc centonem texuimus. Inter omnes eminent C. TACITVS, C. PLINIVS IVNIOR, ET MAGNVS AVRELIVS CASSIODORVS, quia, & sententijs copiosi, & familiares nobis.

E L A T I N I S.

Æmilius Probus	Iulius Firmicus	Prudentius
Ammianus Marcellinus	Iuuenalis	Quinctilianus
S. Ambrosius	Lampridius	Sallustius
Apuleius	Liuius	Seneca Philosophus
Agellius	Lucanus	Seneca Tragicus
Ausonius	Lucretius	Seruius
S. Augustinus	Mamertinus	Silius Italicus
Aurelius Victor	Martialis	Sidonius Apollinarius
Calphurnius	Marcianus Capella	Statius
Capitolinus	Nazarius	Suetonius
I. Cæsar	Nonius Marcellus	Symmachus
Cicero	Notitia vtriusq; Imperij	Terentius
Claudianus	Nouellæ constitutiones	Tertullianus
Codex Iustinianus	Iustiniani	Trebellius Pollio
Columella	Ovidius	Valerius Maximus
Codex Theodosianus	L. Pacatus	Varro
Q. Curtius	Pandectæ, seu Digesto-	Velleius Paterculus
Ennius	rum libri	Vegetius
Eumenius	Panegyristæ	Virgilius
Festus Pompeius	Paulus Diaconus	Vitruvius
Florus	Plautus	Vlpianus
Frontinus	Plinius Senior	Vopiscus
Horatius	Procopius	Vulcatius Gallicanus



De-

E G R Æ C I S.

<i>Appianus</i>	<i>Herodotus</i>	<i>Plutarchus</i>
<i>Aristophanes</i>	<i>Herodianus.</i>	<i>Polybius</i>
<i>Athenæus</i>	<i>Homerus</i>	<i>Sophocles</i>
<i>Demosthenes</i>	<i>S. Isidorus Pelusiota</i>	<i>Strabo</i>
<i>Diodorus Siculus</i>	<i>Iulius Pollux</i>	<i>Stobæus</i>
<i>Dionysius Halicarnassæus</i>	<i>Nicetas Choniates</i>	<i>Suidas</i>
<i>Dio Cassius</i>	<i>Nicephorus Gregoras</i>	<i>Synesius</i>
<i>Dio Nicæus</i>	<i>Pausanias</i>	<i>Thucydides</i>
<i>Euripides</i>	<i>Pindarus</i>	<i>Xenophon</i>
<i>Georgius Cedrenus.</i>	<i>Philostratus</i>	<i>Zonaras.</i>
<i>S. Gregorius Nazianzenus</i>	<i>Phocius</i>	

E R E C E N T I O R I B V S.

<i>Abrahamus Ortelius</i>	<i>Donatus Francus</i>	<i>Leonardus Aretinus</i>
<i>Acidalus</i>	<i>Duarenus</i>	<i>I. Lipsius</i>
<i>Alciatus</i>	<i>Godeschalcus Stevve-</i>	<i>I. Ludouicus de la Cer-</i>
<i>Alexander ab Alexádro</i>	<i>chius</i>	<i>da.</i>
<i>Ambrosius Leo, seu No-</i>	<i>Guido Pancirola</i>	<i>Marcellinus</i>
<i>lanus</i>	<i>Guillelmus Fornerius</i>	<i>Muretus</i>
<i>Antonius Sanfelicius</i>	<i>Ianus Gruterus</i>	<i>Onuphrius Panuinus</i>
<i>Antonius Augustinus</i>	<i>Iacobus Dalecampius</i>	<i>Paulus Merula</i>
<i>Antonius Surgens</i>	<i>Iosephus Scaliger</i>	<i>Petrus Broseus</i>
<i>Beroaldus</i>	<i>Ioannes Baptista Car-</i>	<i>Pichenas</i>
<i>Bodinus</i>	<i>rafa</i>	<i>Polydorus Virgilius</i>
<i>Briffonius</i>	<i>Fr. Iuretus</i>	<i>Pontanus</i>
<i>Casaubonus</i>	<i>Iulius Cæsar Capacius</i>	<i>Rodolphus Hospinia-</i>
<i>Cælius Rhodiginus</i>	<i>Henricus Stephanus</i>	<i>nus</i>
<i>Couarruias</i>	<i>Kirchmmanus</i>	<i>Vetranus</i>
<i>Cuiatius</i>	<i>Leander Albertus</i>	<i>Et alij plures, sed rariùs.</i>



AR-

ARGUMENTVM.



Anegyricus iste LEMENSIVM COMITI gratias agit, PRO-
 REGEM OPTIMVM à prudentia, iustitia, clementia, mode-
 ratione, beneficentia, cura, labore, ac vigilantia laudans: res
 preclarè gestas commendans, quòd exactores sustulerit;
 sparsas, ac disiunctissimas exactiones coniunxerit; quòd
 nulla noua vectigalia, aut tributa imposuerit, vetera represserit; errores
Rationalium summarum depræhenderit; calculum cum Regno posuerit;
Rationarium suæ Præfecturæ confecerit; obeundis cunctis muneribus *fi-*
scum parem fecerit; descriptionem, seu numerationem focorum distule-
 rit; doctos fouerit; Academiam insignem erexerit; Regia rescripta col-
 legerit, & in luculentam erexerit consonantiam; annonæq; curam solici-
 tissimè semper egerit; paludes Campaniæ feliciter desiccauerit; nouamq;
 aquâ in huius Ciuitatis pomoërium perduxerit. Admiratur in eo virtutû
 omnium cumulum, sublime, acre, & erectum ingenium; eloquentiam,
 doctrinam, amorem studiorum, mirabilemq; omnium publicarum re-
 rum notitiam. Sed plura de prudentibus constitutionibus eius, quò ad
rerum priuatarum, seu Regij patrimonij administrationem tractat, & cir-
 ca rationes publicas conficiendas, ac diminuendas, earum formam dili-
 genter exponens, peculiaremq; curam rerum ad Ciuitates, & Oppida
 pertinentium; quibus fessis, & inopia laborantibus quantum remisit,
 easq; subleuauerit, exequitur. Illi votorum nuncupationes, illi inusi-
 tatas acclamationes, novosq; titulos attribuit. Ærarij militaris utilissi-
 mam institutionem, nouamq; assignationem omnium tributorum, &
 vectigalium vnicuique *publicæ necessitati*, bonorum Principum compara-
 tione reddit illustriorem. Totam denique domum, in primis ILLV-
 STRISS. ET EXCELLENTISS. D. CATHERINAM A ROIAS ET SANDOVAL
 vxorem illi similem extollens, quæ à prudentia, magnanimitate, mariti
 amore, incomparabili pudicitiae exemplo, comitate, ac summa reli-
 gione, & pietate, *maiori voto, quàm ingenio* laudatur.



GAR.

GARCIAE BARRIONVEVO

CVSANI MARCHIONIS

PANEGYRICVS,

ILL.^{MO} ET EXCELL.^{MO}


D. PETRO FERNANDEZ

A CASTRO

LEMENSIVM COMITI

Proregi Neapolitano,

SCRIPTVS.



Enè, ac sapienter ILLVSTRISS. ET EXCELLEN. PRINCEPS, antiqui instituerunt, *ut sub titulo gratiarum agendarum, boni Principes, quæ facerent, recognoscerent; mali, quæ facere deberent.*

C. Plin. Secun. in Panegy. Traiani.

Quòd nullum melius, imò efficacius cohortandi genus, quàm *sub exemplo*, & velut obiecta virtutis imagine *præmonere*, qua potissimum via possent ad eandem gloriam niti.

Idem lib. 3. epist. 18. & in Paneg.

Qui mos, cui potius quàm mihi, qui ad prodendam virtutis memoriam sine gratia, aut ambitione, bonæ tantùm conscientie pretio ducor?

Idem ibid. in princ. C. Tacitus in vita Julij Agricolæ.

Aut quando magis usurpandus, colendusq; est, quàm cum in te exemplum, quod sequantur boni Principes habent, mali mirentur?

Plin. Paneg.

Et cum innumeris beneficijs, illustribus factis, ac præclaris actionibus ad agendas OPTIMO PROREGI gratias, omnium nostrum studia concitantur: quando prouectum suum excogitatum nescimus pro utilitate cunctorum.

Cassiod. lib. 8. Var. epist. 11.

Sed quamuis nec officium publicum iniunxit mihi, *ut Rei-*
H publ.

Plin. 3. epist. 18. & 6. 27. & in princ. Paneg.

publ. nomine eas Principi nostro agerem, neq; ex more faciam.

Tacit. Agric. in princ.

Non potui animi coërcere affectum, vocemq; licet in-
conditam, ac rudem cohibere.

Plin. Paneg.

Latinus Pacatus Panegy.
Theod.

Aliud enim officium præpotens mihi necessitatem im-
posuit: hoc est pietatis, gratulationis, & gaudij (nam gaudio
quoq; cogendi vis inest) quod impia taciturnitate corrumpere,
nefas esse iudicaui.

Cassiod. 4. Variar. epist. 4. in
in quo, i. a. ex varia codicū
collatione reponunt Guil-
elmus Fornecius, & Petrus
Bioscius in nota, & E. Iure-
tus in miscellaneis ad Sym-
machum lib. 1. epist. 31.

Novum est, sub amore Principis custodire modestiam: quia
gaudia semper animos inquietant. Modus etiam rarè letis rebus
imponitur, qui magis tristibus interuenit. Garrula res est * letitia:
nec enim præ gaudio potest spiritus contineri.

Lat. Pacat. Paneg. Theod.

Ita, dum in eundem hominem non puto conuenire gaudium, &
silentium, duas res diuersissimas iunxi, metum, & temeritatem.

Mamertinus Panegy. Iu-
liani.

Ac malui eloquentiam potius, quam pietatem erga te, offi-
ciumq; meum desiderari,

Auson. in Gratiarū Aſio-
ne ad Gratianum Imp.

Et audaciam, quam malevolentiam reprehendi.

Symmachus lib. 10. ep. 22.

Præcipuè cum sciam, in talibus negotijs voti magis, quam
ingenij rationem versari.

Plin. panegy.

* Prisci carmen dicebant
Orationem compositam, &
sollemnem dictionem: etiā
si metrum numeriq; non
fuit. i. cod. Paneg. carmen
compositum, in Lilio lib.
39. si carmen præd-
icatum, Lipsius ad Plin. Pa-
neg. nu. 27. Pet. Faber. i. Se-
meltrium c. 14.
Calphurn. l. 4.

Deumq; ipsum, non tam accuratis adorantium precibus, quam
innocentia, & sanctitate letari: gratioremq; existimari, qui delu-
bris eius puram, castamq; mentem, quam qui meditatum * carmen
intulerit. sic

Dum mea rusticitas, si non valet arte polita
Carminis: at certè valeat pietate probari.

Plin. Paneg. Sed cōtra eius
sententiam.

NVLLVM est neque sincerius, neque acceptius genus gratia-
rum, quam quod à priuato,

Auſt. Paneg. Philipp.

Et utroncum sit. quodque non aut metus extorserit, aut cuius-
piam iniunxerit auctoritas, aut publica flagitarit consuetudo, sed
affectus liberrimus, ac singularis in Principem pietas imperarit.

Plin. Panegy.

Nec ab illis magis laudatur, quam quibus minimè necesse est.

Latin. Pacat. Paneg. Theod.

Imò NEMINEM MAGIS LAUDARI PRINCIPEM DECET,
QVAM QVEM MINVS NECESSE EST.

Non

* Idem lib. 9. Variar. ep. 17.
garrula exultatione gaudi-
um imitatur Symmach. lib. 1.
epist. 31. letitia loquax res
est, atque contentrix sui.
& ante epist. 7. soleo f. un-
da esse letitia, ex angustias
clausipectoris aspernata ego
sire. Nazar. Paneg. Costan.
non enim se capis exundā-
ti letitia inanimado, sed
de ignata peborum late-
bras, ita multa, & cāda
foris prominet, ut intelli-
gatur non ingentior esse,
quam uerior. At Apu-
leius lib. 3. Florid. discre-
pat, dum ait, letitia fa-
cundia obirepit, & ex-
cesso uoluptate imbeditur,
ac mens occupata delecta-
tione: macula in præsen-
tium gaudere, quam tra-
dicare. Quia suam? u.
progratus uidetur. ad pro-
gatio non dum. mih. uo-
ca. gaudia agere.

Non carebant adulandi specie, veteram encomia, atque epithalamia: Auct. Paneg. Philip.

Quia sæpè coacta laudatio, & expresse metu voces periculum silentij redimebant. erat enim tristis illa facundia ancilantis necessitas, cum trucem dominum auras omnes plausuum publicorum ventosa popularitate captantem mendax assentatio titillabat; cum gratias agebant dolentes, & tyrannum non predicasse, tyrannidis accusatio vocabatur. Lat. Pacat. Paneg. Theod.

Non poterat fimbribus laudationibus sua constare fides. cur ita? nempe solemnes erant. Parum (ni fallor) cordatiores Principes commouebant ille, vel populi, vel Senatus acclamationes, & plausus. Quam obrem? quia ibi siluisse videlicet, erat refragari, & non accuassse, erat reclamasse. Auct. Paneg. Philip.

Et quia non est fidendum honoribus istis, qui decernuntur sic vulgò; eadem enim & timentes decernunt, & amantes. Plutarchus in Demetrio.

Neque illis iudicium, aut veritas: quippè eodem die diuersa pari certamine postulaturis: sed tradito more, quemcumque Principem adulandi, LICENTIA ACCLAMATIONVM, & studijs inanibus.* Tacit. 1. Histor.
*Populo & plebi.

Solebant enim aëra ipsum mellifluis implere clamoribus, Calliod. 1. var. epist. 31.

Et concentu

Personare certis modis, plausuq; composito.

Neque istis fides, aut dilectus Principum erat. neque sèper subito pictatis calore, aut instinctu quodam, sed singuli meditati,* Plin. Paneg. circa princ.
Tacit. 16. Annal. in 1. 2. C.
Theod. de expens. lud. in
consilia p. 23. in infantia.

Immodica studia proferebant. cum essent Acclamationum sollemnes conceptæ formulæ, quas à theatris in Curiam ambitiosa adulatione transfulerunt.* * Senatoribus.
Plin. paneg. (vbi sic emendat Lipi. nu. 14.) Tacit. 6. Annal. Hoc pretium Gallio meditata adulationis instituit.
Tacit. 1. Histor.
* Quis refert Brisson. lib. 2. de Formulæ.
1. Lipi. ad Plin. Paneg. nu. 24.

Nihil enim tam vulgare, tam paruum in Senatu agebatur, ut nō laudibus Principum immorarentur, quibuscumque censendi necessitas accidisset. Plin. Paneg.

Et in Curiam magis ad certamen adulationum, quàm ad usum, munusq; iustitiæ conueniebant. Idē ibid. & in Tacito 1. Histor. vocat senatum Prætor urbanus, certans adulationibus ceteri magistratus. Senec. 6. de beneficiis. 30. adulandi certamen est.

Adeo

Tiberius apud Tacitum 3.
Annal.

Adeò, ut etiam illum, qui libertatem publicam nollet, tam pro-
iecta seruientium patientia tadebat, & quoties Curia egrederetur
fufurrabat, O HOMINES AD SERVITVTEM PARATOS!

Auct. Paneg. Philip.

Minus erat accepta gratiarum actio, quam publico more no-
uus Consul exhibebat Imperatori. Cur? nam eam, & decreue-
rat Senatus, & mos urbis exigebat,

Tacit. 2. Hist. *Alleg. insu-
per Vellio gratia conue-
satione ierunt. & 12. Ann.
auct. Principi grates, exqui-
sitione in Domitium adu-
latione.*
Auct. Paneg. Philip.

Idest consuetudo seruitij.

Nunquam autem sincerior, atque ab assentationum fucis pu-
rior potest videri gratulatio, quam cum nulla gratulandi neces-
sitas: nulla credi debet incorruptissimi Principis auribus iucundior,
quam quæ non more sollemni, SED PRÆTER MOREM AMORI
TRIBVITVR, ET QVAM NON ARS FINXIT, SED EXPRESSIT
PIETAS.

Cic. pro Muræna.

SED, ut hæc res mihi BENE, FAVSTE, ATQVE FELICITER
EVENIAT,

Adsit PRECOR SANCTISSIMÆ TRINITATIS AVXILIVM,
DEIPARÆQ. VIRGINIS PATROCINIVM:

Plin. Paneg. in princ. plura
de hoc more Brisonius lib.
1. de Formulæ.

Nam ut rerum agendarum, ita dicendi initium à precationi-
bus capere debemus: cum nihil rite, nihilque providenter homines,
sine Dei immortalis ope, consilio, honore, auspiciantur.

Liuius lib. 39.

Nulli unquam concioni, tam non solum apta, sed etiam neces-
saria HÆC SOLLEMNIS DEI COMPRECATIO fuit,

Plin. Panegy.

Ut mihi digna Neapolitano Regno, digna Principe con-
tingat oratio: utque omnibus, quæ dicentur à me, libertas, fides, ve-
ritas constet:

Cassiod. lib. 11. Var. ep. 1.

(Non enim sunt nobis minus probata, quæ loquimur: Verus
testis est, qui laudat, expertus)

Plin. Panegy.

Tantumque à specie adulationis absit gratiarum actio mea,
quantum abest à necessitate.

Tacit. lib. 15. Annal. simi-
lis locus Treb. Poll. in
Claud. c. 3. in gratiam me
quispiam putet Constanti-
ni Caesaris loqui: sed scitis
est, & sua conscientia, &
vita mea, me nihil unquam
cogitasse, dixisse, facisse
gratum.

Nec mihi promptum in adulationes ingenium, Idque nulli
magis gnarum, quam Comiti nostro, qui sepius libertatem
meam, quam seruitium expertus est.

Nec ulli dubitandum, non esse locum hic miseris adu-
latio-

lationibus, cùm sit certissimum veræ laudis argumētum, si hic cui datur, conscius sibi sit, factis, & virtute meruisse.

Internum enim iudicium animi nostri laudi reclamans, eamque non admittens, nullo affectu trahitur, aut mouetur, neque potest ab assentante corrumpi.

Plutarch. in lib. *Quomodo possit adulator ab amico incernosci.*

Quamobrem, qui virum fortem, sanctum, verecundum, clementem, probum laudat, & adulationes maximè auersantem, securus est ab hoc pessimo veri affectus veneno.

Vopisc. in Probo. c. 10.

Suet. Tiber. c. 27.
Tacit. i. Hist. in illa Galbæ ad Pisonem facienda oratione.

Non enim periculum est, ne cùm loquar de humanitate, exprobrari sibi superbiam credat; cùm de frugalitate, luxuriam; cùm de clementia, crudelitatem; cùm de liberalitate, auaritiam; cùm de benignitate, liuorem; cùm de continentia, libidinem; cùm de labore, inertiam; cùm de fortitudine, timorem.

Plin. Panegy.

Tanta conscientie tue puritas, tanta concordia, tantus concentus omnium laudum, ut nihil referat, quid vituperetur apud te, aut quid prædicetur in te. in alijs ferè, quod laudes, eligendum est: quedam arte declinanda, ne incurras, idque etiam in his, qui inter optimos numerantur.

Auct. Paneg. Philip.

* Similis locus Nicephor. Gregor. lib. i. Hist. Rom. in princ. Scripsit uti quidem scripsit, vulgo ames susceptione aliorum, quam colaudatione magis delectari, ac iustitiam quam velis falsis libentius lege, quam-nu illas prolixa mendacia vendituri, hac verò lux veritatem antecedit.

Vnde ambitionem scriptoris facile aduerseris: obrectatio, & liuor pronis auribus accipiuntur. quippè adulationi sædum crimen seruitutis, malignitati falsa species libertatis inest.

Tac. i. Hist. in princ. ubi legionem istam tuetur Rhenanus Liptius, & Acidalus contra Muretum legentem aduerseris, & Pichenam aduerseris. sed nota ambitionem ratione significatu pro assentatione, vel adulatione poni quod auctoritibus summat Acidalus ibi.

MAGNA, & inusitata Principis gloria, cui gratias acturus, non tam vereor, ne me in laudibus suis parcum, quàm ne nimium putet. hæc mea cura, hæc difficultas sola circumstat.

Plin. Paneg.

*Laudati enim viri boni, quodammodo
Laudantem odio habent, laudet ille si nimis.*

Euripide

At tuus nobilis pudor par virtutibus ceteris, laudis onera vniuersim vitare curat, multòque rubore suffunditur.

Symmach. lib. 4. ep. 12.

Quàm longa nobis cum modestia tua pugna? quàm tardè verecundiam tuam vicimus?

Plin. Paneg.

Vtrumque, humanissime Princeps, moderatè, & quòd nimias reijcis, & quòd has parcissimas admittis.

I

Cedis

Idem ibid.

Cedis enim affectibus nostris, nec nobis munera tua predicare, sed audire tibi necesse est.

Paneg. prim. Cōstant. Aug.
Constantij filio dictus.

Quomodo ergo hac tanto maiora pristinis silētio praterirem, per quæ non pars aliqua seruata, sed uniuersum sibi est Regnum restitutum?

Paneg. Maximiano. d.

Tūc enim siue incuria rerum, siue quadam inclinatione fatorum, omnibus ferè membris erat truncatum,

Tacitus 4. Histor.

Ac nunquam magis afflictum.

Pacat. Theod.

Ideò ut scueri patres his, quos plus diligunt filijs, tristiores sunt, ita te Potentissimus Rex noster PHILIPPVS III. plurimis negotijs, & difficillimis Regni temporibus exercuit,

Plin. lib. 10. ep. 41.

Et in istam Prouinciā misit: quoniam multa in ea emendanda apparuerint.

Trebell. Poll. de Tyran. c. 9

Salust. ad Cæsar. Orat. 1. de
Rep. ordin.

Pacat. Theod.

Tu solus damna nostra reparare, fessisque rebus mederi tua virtute poteras, aut omittenda erat cura omnibus.

Mamer. Julia.

Paca. Theod. Trebell. Poll.
in Valer. c. 1. nō ut solet, sum-
muluatio populi cōkursu,
non militum strepitum, sed
iura meritorum, & quasi
ex totius orbis una senten-
tia.

Claud. de laud. Stilic. Pane-
gy. 1.

Tacit. 1. Annal.

*Nam si in quodam orbis terrarum comitio quæreremus, quis nā sit ille, qui debeat tantam molem subire, & * nutantia Neapolitani Regni fata suscipere,*

Vir animi magni aduersus pecuniam, liberi aduersus offensas, constantis aduersus inuidiam,

Nonnè omnium suffragijs hominum, tributim, centuriatimq;

Tu legeris? tantòsque viros quos obtulit orbis,

Intra consilium vincis, sensumque legentis.

Et meritò, nam nos experiendo didicimus,

Idem ibid.

Solam tuam mentem tantæ molis capacem.

Paneg. Maxim.

Quis enim tam insperatam salutem nobis attulisset, nisi tu affuisses?

IN HOC statu Excell.^{me} Princeps Regnum hoc natus, nimium habuisti laboris, & curæ, nam diminutio tot sumptuum: emendatio tam inuersi ordinis Rationa-
lium

* Propria Panegyricorum verba, ut liquet ex insigni Symmachi loco lib. 3. epist. 47. vbi postquam dixit, *Gratiæ apud fortissimam simul, ac felicissimam manum mutandæ Resp. pondera sulcari*, subdit. *Videor ne tibi πᾶσι νῦν ἐπὶ τῷ τόπῳ locusus, quàm mox epistola finit? sic se habet ratio, ut res maxima magnos hiatus oris requirant.* vbi plures alios similes locos colligit diligens Fr. Lureus in *Miscellanis*.

lium summa rei: tot errorum in calculo contra Fiscum retractatio, nam & si multos inuenisti numerarios, aut numeratores, vel si quo alio nomine vocandi sunt, qui summè, atque mirabiliter computant;

Ex inscriptione l. dominicis 7. C. vbi cau. fiscal.
S. August. lib. 2. de Lib. arbit. c. 11.

Penes quos publicarum rationum notitia consistit:

L. 6. C. Theo. de Numerarijs

Plures tamen reperisti * errores, plusque ignorantia, aut fraudis, aut falsi, aut mendacij, aut iniqui, quod separare, & expungere deberes.

Nonius in voce *putare rationem*.

Extirpatio auaritiæ, & crudelitatis administrantium, tributa, & vectigalia:

Subleuatio Ciuitatum, aut Oppidorum ere alieno laborantium:

Suet. in August. c. 47.

Coaceruatio in vnam, ac velut collectio omnium exactionum, vt iam populi ex tam sparsis, & vt melius dicam, laceris solutionibus, nec damna, nec iniurias patiantur.

Diuisio, & designatio peculiaris, & separata omnium, tributorum, aut vectigalium in vnamquamque publicam necessitatem, aut erogationem, vt iam certum sit, quo subsidio vnaquæque nitatur.

Ærarij militaris cum vectigalibus nouis (id est nouitè ei assignatis) institutio:

Idem ibid. c. 49. Dio. lib. 55.

Rem, haud dubiè utilem, & à bonis postea Proregibus, perpetuitate disciplinæ firmandam.

Tacit. 1. Histor.

Immensæ molis, incredibilis industriæ, admirabilis prouidentia, atque inaudita vigilantia negotium fuit.

Initium laboris mirer, an finem? multum est quod perseuerasti, plus tamen quod non timuisti, ne perseuerare non posses.

Plin. Paneg.

----- Nec te tot columnæ rerum,
Aut tantum turbauit onus. -----

Claud. de Cōf. Man. Theod.

Quis enim tantis negotijs non terreretur? aut desperato operis

Plin. lib. 10. epist. 90.

*Conuenit noua refor. p. 1.
y hauido llegado a nuestra
noticia, que andaban erran-
dos de algunos años a esta
parte; mandamos hazer
nuevas, y extraordinarias
diligencias. &c. & pag. 3.
y con los o. cientos setenta,
y quatro mil seyscientos y
veynie ducados al año de
los errores descubiertos, he-
mos ajustado, &c.

operis effectus ab incepto defisteret?

Mamer. Iul.

Sed non sufficit Proregi nostro Reip. una ratione consulere: multa pariter aggreditur pectus nullis unquam laboribus fatigatum, ut uno eodemque tempore, & componeret fidissimarum provinciarum statum, & omnium subditorum utilitatibus prouideret.

Idem ibid.

Quomodo tam multa, tam breui tempore?

Nazar. Paneg. Constant.

Nam quicquid mali tot per annos administratio non multum sollicita inflexerat, biennij ferè cura sanauit.

Mamer. Iulia. cōuenit Am-
mianus lib. 25. c. 12. de eod.
Iuli. ubi Historicus hæc sin-
gula Panegyristæ cōfirmat,
concludens inter hanc, &
quosdam Principes multū
interesse, qui nouerant vo-
luptatibus, nec ad necessi-
tatem indulgisse natura.
Pacat. Theod.

*Quia addit ad tempus, quod otio suo detrahit: nihil somno, ni-
hil epulis, nihil otio tribuit. Ipsa se naturalium, necessariarumque
rerum usurpatione defraudat, totus publicis commodis vacat.*

*Gaudent profectò diuina perpetuo motu, & iugi agitatione se
vegetat eternitas, & quicquid homines vocamus laborem, ve-
stra natura est,*

Idem ibid.

*Ut indefessa vertigo cælum rotat, ut maria aestibus inquieta
sunt, & stare sol nescit;*

Idem ibid.

*Ita tu Excell.^{me} Princeps continuatis negotijs, & in se quo-
dam orbe redeuntibus semper exercitus es.*

Aufonius Paneg. Grat.

Cic. in Orat. ad Quir. post
reditum. in prin.
Plin. Panegy. imitatur ab
Auct. Paneg. Philip. Quædā
melius silentio significa-
tur, quam exprimitur elo-
quio: commodius cogitatio-
nibus hominum estimanda
reliquantur, quam ingerā-
tur auribus.
Plin. Paneg.

*SED CVM animaduertentem supra vires dicendi meas
positum, præclaras virtutes tuas non modo augere, aut ornare
oratione, sed enumerare, aut consequi: reuerentiùs iudicaui, inte-
gras, illibatasque cogitationibus reseruari, quàm carptim breui-
terque perstringi:*

*Quia ferè sequitur, ut illæ quidem, de quibus taceas, tantæ
quantæ sunt, esse videantur.*

Pacat. Theod.

*Dixisse sufficiat, te unum illum diuinitus extitisse, in quo vir-
tutes simul omnes vigerent, quæ singule in omnibus prædicantur,*

Et quæ

----- Sparguntur in omnes,

In te mixta fluunt: & quæ diuisa beatos

Claud. de laud. Stilic. Pa-
neg. i. similis locus Cassiod.
lib. 1. ep. 42. Cuncta siquidē,
unde famam capiat nume-
ritas, in te geminata sede-
rant: patria, genus, instituta
præstara. Quorum si unū
nobilitatem compleret, in te

Effi-

Efficiunt , collecta tenes . —————

Tantusque est in te maximarum rerum modus , ut quasi temperamento quodam virtutes miscuisse videaris.

Vir vita innocentissimus, ingenio florentissimus, proposito sanctissimus, tantis denique adornatus virtutibus , quantas perfecta, & natura, & industria, mortalis condicio recipit.

*Es enim omnino Moderationis Delubrum, Domicilium Prudentiae, Fortitudinis Arx, Metropolis Iustitiae, Humanitatis Penus, Mansuetudinis Sacrum, & uno verbo *VIRTVTVM OMNIUM THESAURVS . sic enim omnes adeptus es , ut alius unam quandam adipisci magni aestimasset.*

Habent ergo sigillatim distributa praconium, iuncta miraculum.

In te enim Traiani virtus, Antonini pietas, Augusti moderatio,

Nervae gravitas, Vespasiani in gubernando arario diligentia, Pertinacis, vel Severi, totius vitae censura, ac severitas militaris;

Et magnorum Principum bona sic sunt, ut non ab alijs exemplum capias, sed etiam si illi non fuissent, tu ceteris reliquisses exemplum.

Imò cognoscerent in te profecto universi sigillatim propria, feliciter faterentur esse superata : quando unius praconium cum turba se iure non potest aequare virtutum.

Quamobrem de his veniam filitij peto, ad facta abeo, nam & amor factorum commendatior est, unde nascitur admiratio, & facta cum mira sunt, amorem inuicem creant.

*Singula complecti cuperem, sed densior instat
Gestorum series, laudumque sequentibus undis
Obruimur,* —————

Et novam quandam patior ex copia difficultatem,

Impeditque turba delectum.

*Siquidem obruit ingenium materiae fecunditas, ipsoque rerum
velut agmine fluxus orationis arctatur , ac stringitur.*

K

Quo-

collecta, plus facient, qui non minus genitalis soli fortuna resplendet, quam gloria flammatis, & virtutis ornavis.
Aurelius Victor de Traiano in Epit. C. 12. c. 12. transcripsit Paul. Diac. 10. Hist. Misc. c. 3. Velle. 2. Hist. c. 2.

S. Isidorus Pelusiota lib. 2. ep. 151.

* Symmach. lib. 4. epist. 7. *Est quidem Refflori nostro dominus fontis ingenii, & omnium virtutum prompta natura.*

Cassiodor. 4. var. ep. 4.

Trebell. Poll. in Claud. c. 2. Idem de Tyran. cap. 6. similis locus Vopisc. in Prob. c. 12. *Si recte cogitemus, non nobis Aurelianus, non Antonini, non Traiani, non Claudius requirendi sunt : Omnia in uno Principe constituta sunt : rei militaris scientia, animus clementis, vita venerabilis, exemplar agenda reip. atque omnium prerogativa virtutum.*
Trebell. Poll. in Claud. c. 2.

Cassiod. lib. 11. Var. ep. 1.

Nazar. Cōstan. Cic. 2. de Oratore. *Gratissima autem laus eorum factorum habetur, quae suscepta videntur a viris fortibus sine emolumento, ac premio, quae verò etiam cum labore, & periculo ipsorum, hac habet uberrimam copiam ad laudandum, quod & dici ornatissime possunt, & audiri facillime.*
Claud. de laud. Stilich. Panegy. 1.

Pacat. Theod.

Ibid.

Au. Paneg. Philip.

Quomodo enim ,

Claud. de laud. Stilich. Panegy. 1.

*Tantarum sperem cumulos aduoluere rerum ?
Si partem tacuisse velim, quodcunque relinquam
Maius erit .* —————

Mamertin. Paneg. Iul.

Vnde cum non possim omnia complecti , solùm ad ea celebranda accedam, per quæ, & Fisco profusas, ac geminatas expensas abstulisti, & Prouincijs in commune, omnibusque subditis peculiariter, ita prospexisti, ut non modo misérias exuerint, sed amplam etiam, atque opulentam reuexerint fortunam.

Paneg. Maxim. & Constan.

*Cetera enim in Rempublicam beneficia tua possunt multis occasionibus diuersorum temporum predicari, HVIC NOVÆ REFORMATIONI propria nunc debetur oratio, quæ semel facta, sit vti-
nam futura sempiterna.*

Plin. Panegy.

In qua sanè non alia maior Excell.^{me} Domine gloria tua, quàm quòd agentibus tibi gratias, nihil velandum est, nihil omit-
tendum.

Ibid.

*Quid est enim in Præfectura tua, quod cuiusquam predica-
tio, vel transilire, vel prateruihi debeat ?*

Anon. Panegy. Gratia.

*Neque verò unum aliquod bonum uno die præstas, sed in-
dulgentias seculares, per singula horarum momenta multiplicas.*

Plin. Panegy.

Ideò, non est temporis punctum, aut beneficio sterile, aut va-
uum laude.

Ibid.

Vnde is optimè te laudasse videtur, qui omnia narrauerit fi-
delissimè.

Idem lib. 10. ep. 113.

Hoc vnum si præstitero muneri meo abundè satisfaciam, simulque huic operi, licet rudi, & inuenusto, lau-
dem, gloriam, & æternitatem consequar, nam cum tuis
factis, dictisque debeatur æternitas,

Pacat. Theod.

*Illam, quàm præstare historijs scriptores solent, ab historia ista
mihi veniet æternitas.*

Tacit. 1. Histor.

CETERVM antequàm destinata componam, repetendum
vi-

videtur, qualis status Regij Patrimonij, quæ mens Militum, quis habitus Prouinciarum, quid in toto Regno validum, quid ægrum fuerit: vt quantum industria, labor, & vigilantia tua omnibus præstiterint, innotescat.

^aConcordat Noua Ref.p.1.
Siendo comun opinion, que faltaba por exito superarse el Reyno al tiempo de nuestra llegada, cerca de vn milion y seys cientos mil ducados al año. lo qual esjano por los b.lasos embiados a su Magestad, y cosiguados en nuestro poder. & Epist. Ciuit. Baron. & Reg. ad Catholicum Regem nostrum. Vedendoci con vni effetti, & tocandoci quasi con le mani il Real Patrimonio della Maestà V. gia caduto a dichiarato per fallito, et andio dall'istessi suoi Ministri, come haueua visto per li bilanci, nelli quali mancavano grossissime somme per regulari l'ingrosso con l'esito.

* Conuenit Noua Ref.p.2.
Ibi. Por la gran falta, q ha habido en el Patrimonio, ha sido forzoso a sus Aseoresores desordenar muchas veces las sumaciones de algunos, valiendose del dinero, q yba cayendo en manos de Proscriptores, y Arrendadores, que estaua asignado, y vendido a particular, para suplir las necesidades forzosas de los pagamentos de la Gente de guerra &c. & Ep. Ciuit. Baron. & Reg. & mandando della Regia Corte le paghe ordinarse, bi seguras, de si mettesse mano a le nostre facultà, come succedena per differenti strade, e modi. -- Rejanano scemerit in una gran parte li vassalli da la Maestà V. di questo Regno, & altre nazioni forastiere, che habean dato il loro denaro in compra con la Regia Corte; & mādando il modo d'esser pagati, consistendo in questo il visto, & remedio loro, veniuano a pericolaro nella vna, & nell' honore.

Notissimum est, quàm exaustum Regium Patrimonium inueneris, ità vt impar oneri esset; nam calculo posito quotannis, necessitates erogationum superabant redditus, * *decies sexies centenorum milliū aureorum*. Hæc totidē à Rege nostro aliundē supplenda erāt, *vt Res publica stare posset*.

Tacit. 1. Annal. prop. fin.

Suet. Vesp. c. 16.

Nam dissolutionem imperij cogita, si fructus, quibus Respublica sustinetur, non sufficiant.

Tacit. 13. Annal.

Quamobrem Proreges * qui hucusque fuerunt, redditus fiscales emptoribus assignatos, aut his, qui à Rege dona in præmium periculorū acceperant, in stipendia militum, aliasque vrgentes necessitates conuertere coacti sunt.

Vndè cū nec suam pecuniam, nec commoda emeritæ militiæ consequi possent,

Suet. Calig. c. 44.

Omnes publicam paupertatem — precipuum malorum (vt credebat A finius Marcellus) querebantur:

Tacit. 4. Hist. & 14. Annal.

Et multi fortunis prouoluebantur, (substantiæ enim nostræ bonam partem in redditibus fiscalibus habemus.)

Idem 6. Annal.

Nam euersio rei familiaris dignitatem, ac famā præceps dabat.

Ibid.

Quare illi, vt creditores, in solidum appellabant, redditus suos flagitantes;

Ibid.

Nec decorum Fisco minuere fidem:

Ibid.

Isti verò, egregiam mercedem lamentantes, tricena, aut supra stipendia numerantes, — & plerique cicatrices, aut truncata ex vulneribus corpora nudantes:

Salust. Inгурt.
Tacit. 1. Annal.

Non inutilem finem tam exercita militiæ, nec inopem requiem orabant.

Ibid.

Ità plerique irritis precibus, surdas Proregū aures adstrepebāt. Eaque

Plin. Panegy.

Tacit. 6. Annal.

*Eaque quæ * nonnullis remedio quasita, venditio, in contrarium mutari.*

Idem ibid.

Quia quanto quis necessitate pressus, aut obertior, viliori pretio, & ægrius distrahebant.

Martial. lib. 1. epig. 86.

Quis faceret pretium, nisi qui sua perdere vellet?

Tertia enim, aut quarta pars reddituum fiscalium in venditione amittenda erat.

Tacit. 4. Annal.

*Hinc ira * & questus,*

Plin. Panegy.

* Familia sacra primata habebant, quæ lege 12. Tabul. perpetua manere iubebantur. Cic. 2. de leg. Liui. 5. Alciat. 5. Parerg. c. 25. Hinc filius in sacris paternis, i. potestate. eleganter S. Ambrosius. 4. de fide ad Grat. c. 4. per adoptionem in familiam, & sacra transire. Valer. 7. c. 7. Hereditas cum sacris, aut hæc sacris. Plaut. in Capt. Suet. Ner. c. 32.

*Nam manifestum est, quanto cum dolore laturos, seu potius non laturos homines essent, destringi aliquid, & abradi bonis, quæ proprio labore, sanguine, gentilitate, * sacrorum denique societate meruissent.*

*Denique tam exhaustus, & egens Fiscus erat, ut * stipendia quoque militum, & commoda veteranorum protrahi, ac differri necesse esset.*

Tacit. 1. Annal. ubi plura de stipendio militari doctè Lip. in Excur. lit. F. & 1. Elc. c. 2. & 3. de Mili. Rom. dialo. 16. God. Stevvechi. ad Veget. lib. 2. c. 19.

Idem ibid.

Vnde omnia inopiæ miserranda perpeffi, militiam ipsam grauem, infructuosam: denis in diem assibus animam, & corpus æstimari iustissimè clamitabant:

Hinc vestem, arma, tentoria redimi.

Læpid. in Alex. Seue. c. 52.

Quare mendicitas ad omnem desperationem vocabat eos,

Tacit. 1. Annal.

Proregibus obijcientes, cur venissent; neque soluendis militum stipendijs, neque adlevandis laboribus, denique nulla benefaciendi cura?

Idem 2. Annal.

Pariterque Prouinciæ, Ciuitates, singulaque oppida, oneribus attrita, magnitudine aris alieni laborantia, & magistratuum iniurijs fessæ,

Idem 3. Annal.

Idem 2.

Idem 3.

Differebant, de continuatione tributorum, grauitate fænoris, seuitia, superbia, ac multitudine exactorum, modum miserijs postulantes.

Idem 4.

*Hic rerum * status erat,*

Idem 6. Annal.

Donec tulit opem prouidentis. Rex noster PHILIPPVS III.

* Cōuenit Noua Ref. d. p. a. y quãdo se querian decha-zer del principal y venderlo para remediar sus nece- sidades; è por ahigurar par- te de lo que ya senian por peligroso, perdian el quar- so, y el tercio.

* In Epist. Ciuit. Baron. & Reg. Da tutto questo, Sacra Maestà, risultaua una mi- seria, e scontento così gene- rale, che non si sentiuo al- tro per tutto che lamenti, & necessitã estreme &c.

* In ead. epist. Aggiungen- do, che per l'istessa causa re- staua scuueria la paga di tutta la gente di guerra, di mare, e di terra, destinata alla conseruatione, & de- fensione di questo Regno. La quale essenuo necessitata à viuere, & mantandoli da la Regia Corte le paghe ordinarie, &c.

* In ead. Epist. Hauer- dosi disorso, & confide- rato in detto general par- lameto il calamitoso stato nel quale ci trouou il des- so Conte di Lemos al tempo che uene al gouerno di que- sto Regno, & li noui, & estrauordinarij expeditis, com- li quali ci hà ridotto da- uno abbandonato, & dispo- stato seruire, al fine d'una felicitã tanto sicura, come è nota à tutto il che ha pas- so opia più miracolosa che humana, &c.

Erte

Et te *unicum auxilium* seſſis rebus *assumpsit* .

Plin. Paneg. Trebell. Poll. de Tyrann. cap. 9. qui seſſis rebus moderi sua virtute potuisset.
Plin. Paneg.

Cum abundè (tot per annos quibus nouum orbem mira cum prudentia rexeris) *expertus eſſet*, quàm benè *humeris tuis* *federet imperium*.

Ergò agimus leti tanto pro munere *grates*:

Martial. lib. 12. epig. 9.

Miſiſti mores in loca noſtra tuos.

AC PRIMVM ab illo felici die, quo *expectatus*, *deſideratusque* Ciuitatem hanc *ingreſſus es*,

Plin. Paneg.

Propoſitum tibi fuit, tot laboribus, & miſerijs ſuccurre, exhauſto Regio Patrimonio parcere, omniumque vtilitatibus ſatiſfacere.

In quo ſanè, ſi verum amamus, *ſatis per tot annos ignauia peccatum*,

Tacit. 1. Annal.

Et *largam*, ac propè *intactam* *benefaciendi materiam*,

Plin. Paneg.

Omniaque integra bonitati tue, ceteri Proreges *reſeruarunt*,

Idem 10. ep. 2.

Ob magnitudinem oneris, & *remedij difficultatem*.

Tacit. 4. Hiſtor.

Vt nec *quedam* ex tam multis, & inſignibus, quæ *exco-* *gitati*, *delibaſſe*, ſeu *potius demonſtraſſe* conſtet.

Plin. Paneg.

Ideò omnia inopinata, * inaudita, nullius vnquam in mentem venire; quo magis ſe labor, & industria tua commendat, magiſque prædicanda eſt conſtans hæc benefaciendi gloria, tot per annos *inſuper habita*.

Apule. 4. de Afri. Aur. & alij, quos referunt Cuiat. 3. obſer. c. 22. Briton. 9. de verb. ſign. Iuret. ad Symmach. lib. 1. ep. 1.
Tacit. 1. Annal.

Quare *decus iſtud*, & *claritudo* tua eſt, *ſubueniſſe* Neapolitano Regno, *compreſſiſſe* *populorum* iniurias; abſtuliffe numeroſam illam exactionum cauſam, quæ tot fraudibus, tot impenſis anſam præbebat: ſua bona, ſuos redditus, tot ſpoliatis dominis reſudiſſe: *Ærarium* militare nouiter inſtituiſſe: auxiſſe, & locupletaiſſe *Fiſcum*: rationes *Fiſcales* in meliorem formam, expuncta illa praua, & confuſa redegiſſe, ita vt pro *deteriori calculo*, *

Liſi aſtor. 10. C. de appell.

Meliorem calculum, *verioremque ſententiam* *reportauerint*.

Nouella Theod. & Valen. de Ducia. vel limit. milit.

L

Paria

* Epist. Ciuit. Baro. & Reg. Catholico Regi noſtro. A tutte queſte coſe già abben donate, & à molti altre ha procurato, & dato rimedio il detto Conde di Lemos noſtro Viſere con noui, & eſtraordinarij eſpedienti, li quali parue che miracoloſamente habbia voluto noſtro Sign. Iddio inſordere nella prudenza di queſto gran Miniſtro, ſcienza, & valore, tale che ci ha ridotti à queſto felice termine, e ſuono ſano.

* Concordat Noua Reſp. 1. y hauiendo llegado à nueſtra noticia, que andauan errados de algunos años à eſta parte; mandamos ha-zer nueuay eſtraordina-

l. 5. §. condu. apud D. de iur. re immu. Senec. 2. de benef. c. 30. & 3. c. 9. & ep. 9. & 101. Plin. Paneg. & alij. Tacit. lib. 13. Annal. L. Sen. 6. de benef. c. 40. & ep. 19. M. Sen. lib. 9. controu. l. 1. 2. D. de manu. testam. l. ult. §. ult. D. de dol. excep. Plin. Paneg.

Paria cum Fisco fecisti,

Hoc est, ut pares rationes cum Republica haberet:

Quae singula, quantum tibi gratia dispensata, adiecissent? at tu simul omnia profudisti: ut sol, & dies non parte aliqua, sed statim totus, nec uni, aut alteri, sed omnibus in commune profertur.

rias diligēcias, con las quales se aueriguo, que los dichos yerros, assi en el yntroyto, como en el exito ymporauan al año ochocientos setenta, y quattromil, f. yscientos y veynte ducados. &c. & postea p. 3. hemos ajustado, y igualado todo lo que faltaua à esse Regio Patrimonio, para suplier à los assignatarios de justicias milicia, &c.

LAVDATA res semper, imperijsque vtilissima, Principem rationes, quasi cum Republica ponere, & ostendere, nihil sibi quæri propriè, aut infumi:

Cic. lib. 5. de Rep.

Quam hoc æuo adeò obliuione obsoletam videmus, ut non modò non colatur, sed etiam ignoretur.

Tacit. 1. Annal.

Causa, quia verè, an verecundè dicam, nihil usquàm prius, & integri moris.

Tu verò Excell.^{me} Princeps

Claud. de laud. Stilich. Paneg. 1.

Neglectum --- iam tot per secula morem

Salust. ad Cæsar. orat. 1. de Rep. ordin.

Reuocasti, & omnia aspera peruadisti.

Suet. in Calig. c. 36. Dio lib. 59.

Rationes Regni à nullo Proregum proponi solitas, sed potiùs intermissas publicasti.

Tacit. 1. Annal. Suet. Aug. c. 28.

*Proferri libellum iussisti, * quem Rationarium Regni non impropriè appellabo,*

* Hic est libellus Nouarum Constitutionum, seu Reformationum (ita enim inscribitur) qui ad hanc intrinsicè paginæ oram Hispano sermone refertur.

Ibid. c. 101. Dio lib. 56. Lapid. in Alex. Scue. c. 21.

Seu Breuiarium.

Tacit. 1. Annal.

Vbi eleganti quodam compendio opes publicæ continentur -- quantum militum sub signis ubique esset, quantum pecuniæ,

Suet. Aug. c. ult.

Tacit. 1. Annal.

Prouinciæ, tributa, aut vectigalia, & necessitates, ac largitiones;

Ibid.

Idem 13. Annal.

Cuncta inter se connexa, mirabiliq. prudentia ità prouisa, ut ratio questuum, & necessitas erogationum inter se congruerent.

Plin. Paneg.

Hoc fieri non posse ex tam exhausto Regio patrimonio omnibus videbatur, tu tamen non tam pro tua gloria, quàm pro utilitate communi perfecisti.

Dedisti

Dedisti in omnes prouincias exemplum,

Tacit. i. *Annal.*

Ut adsuescat Prorex cum Regno calculum ponere, sic exeat, sic redeat, tanquam rationem redditurus; edicat quid absumpserit: ita fiet, ut non absumat, quod pudeat edicere.

Plin. *Paneg.*

Alios propria cupiditas, propria utilitas, auctoritatis, aut maiestatis auditas Proreges fecerunt; nam constat ceteris mortalibus in eo stare consilia, quid sibi conducere putent;

Tacit. 4. *Annal.*

Tuam verò diuersam esse sortem, cui præcipua rerum ad famam diriguntur. Ideò te nec ambitus, nec priuata, sed publica utilitas, quia non aliud malorum leuamentum, Reip. imponere;

Ibid.

Idem 1. *Annal.*

Et magnificum istud palatium non candidatus Præfecturæ, sed designatus intraſti;

Paneg. Const. Conſtantijs filio d.

Nam spretas quis opes, intactaque pectora lucro Commemoret? fuerint alijs hæc fortè decora.

Claud. de *Conſul. Manlij Theod.*

Nulla poteſt laus eſſe tibi, quæ crimina purget.

Sunt hæc magna, ſed in alio: in te verò, minima, ſi cum ceteris virtutibus comparentur.

Plin. lib. 3. ep. 11.

Ideò integritatem laudari neſas,*

Vell. *Paterc.* 2. *Hiſt.* c. 45.

Atque abſtinentiam in tanto viro referre, iniuria virtutum fuerit.

Tacit. *Agric.*

Tibi vocato, & adhibendo remedio dilecto,

Tacit. 1. & 13. *Annal.*

In honorem virtutis Præfectura ultro data,

Flor. lib. 1. c. 3. *Treb. Poll. de Tyrann. cap. 22. vitem suum merito vocatus, reperit in Claud. c. 12. & in Valerian. c. 1.*

Nam ea inſequuta ſunt huic Regno tempora, quæ ſileri te non ſinerent.

Tacit. *Agric.*

Ita cū damna damnis continuarentur, poſcebaris ORE VVLGI Prorex; admirantibus cunctis, vigorem, conſtantiam, & expertum ciuilibus rebus animum.

Ibid.

Quare ſi adhuc dubium fuiſſet, fortè caſuque rectores terris, aliquo numine darentur: Proregem tamen noſtrum liqueret diuinitus

Plin. *Paneg.*

* Quia ita ab omni vitio vtrique remotus, ut minime laude ducat, tacere officiū suū. Vitijs enim carere laus non est. Clare Philostratus in vita Apollonii li. 6. c. 11. Neque prudentia opus est, nisi aliquid non cogitare: neque fortitudinis, aciem non relinquere: nec temperantia, in machorum turpitudines non incidere: nec omnino laude dignum est, quod non esse malus videatur: Omne enim quod a iudice ab honore penamque distat, virtus non est. Ammian lib. 30. c. 28. Huius exempla celsitudo similis, non sunt perfecta virtutis indicia, nec enim aliena non rapere, laudis est insinuat Tac. Agric. Nisi quod in bona uxore tanto minor laus, quanto in mala plus culpa est. (si vera est Pichenz lectio, quæ sequitur Lipt. libi) Plin. 3. ep. 11. Non ideo tamem existiam gloriam meruisse me, ut ille prædicat, credo: sed tantum effugisse flagitium. & in Paneg. Nō vis inierat laudari, nec fortasse laudanda sunt. Martialis lib. 12. epig. 30. Siccas, sobrius est Aper: quid ad me? Seruum, is ego laudo, non amicum. Sed P's nunc sunt mores, adiores rediit, si quis quid reddis, magna habenda gratia est. Terent. in Phorm. act. 1. sc. 2.

Ibid.

nitus constitutum. Non enim occulta potestate factorum, sed à Deo ipso coràm, ac palàm repertus, electus est.

Plin. Paneg.

Alij in tempora feliciora, & in abundanti rerum omnium copia, hanc Præfecturam sibi decerni affectarunt: tu tamen solus assumptus es in laboribus, curarūque immensitate:

Mamer. Iul.

Et eo tempore, quo exhaustæ Prouinciæ, partim nō minus exitiabilibus, quàm pudendis administrantium exactiones rapinis, utrò opem benigni, & vigilantis Proregis exposcerent: partim milites sepè anteactis temporibus ludo habiti, cū præsens stipendium flagitarent.

Plin. Paneg.

*Ideò non te leta, & prospera * Stationis istius, sed aspera, & dura ad capeffendam eam compulerunt;*

Ibid. & Mamert. Panegy. Maximi. d. plus tribuisse beneficij, quàm accepit.

Vt hinc constet expectatum esse tempus, in quo liqueret, non tam accepisse te beneficium, quàm dedisse.

Plin. Paneg. similis locus Cassiod. lib. 1. Var. epist. 3. eo nos obligasti manere, quo tibi putamus omnia reddidisse: inde amplificando debitum, unde credi poterat absolutum.

Solus ergò ad hoc aui, pro munere tanto paria accipiendo fecisti, imò utrò dantem obligasti: commissa enim Præfectura, solitior tu, Catholicus Rex noster exoneratior factus est.

Tacit. in Agric.

Nec tibi, tuisque rebus cū hanc Neapolitani Regni, & si magnificam, & splendide in primis dignitatis administrationem mandasset, sed sui Patrimonij, Regni, Ciuitatum, & omnium denique subditorum vtilitatibus prospexisse.

Cū te non ab vno, aut altero Regni regimine, sed ab omni noui Orbis imperio, immēso quidem, & omnes antiquas ditiones innumerabiliter superante reuocaret. nam

Cland. de Man. Theod. Cōf.

*Cum clara diū rerum documenta dedisses,
Non te parte sui, sed in omni corpore sumpsit
Imperium, cunctaque dedit tellure regendos
Rectores* -----

Tacit. l. Annal.

MAGNA quidē est gloria Præfecturæ tuæ, magnū seculo tuo decus, quòd omnes incusant priora, probant præsentia,

Ibid.

Ac nouis ex rebus aucti, tuta, & præsentia, quàm vetera, & periculosa malunt.

Iam

*Statio pro summo loco, & principali hic sumitur, & apud bonos auctores: à militaribus stationibus ductū, quia sicut illæ in excubijs contra hostem; ita Imp. in perpetua vigilia, & Reip. cura. Lips. hic num. 59.

*Iam nihil ò superi querimur, scelus omne, nefasque
Hac mercede placent.* —————

Lucan. lib. 4.

*Adeò, ut si iterùm in fatis sit, Rempub. nostram affligi, &
egrotare; optauerit aliquis hoc eam modo turbari, ac collidi:*

Dio. lib. 53.

*Quia ob bona præsentis status ex usu omnium fuit, præ-
terita pati;*

Demosth. pro Rhodiorum
libert.

Et utile, ad usum secundorum, per aduersa venisse.

Plin. Paneg.

*Ergò venit tempus, quo veterani vtilem missionem, *iuuenes
certiora stipendia, cuncti modum miseriarum haberent, saui-
tiamque exactorum ulciscerentur.*

Tacit. 1. Annal.

* Milites olim iuuenes ap-
pellantur Lips. 1. epistola-
rum quæst. ep. 1.

*Nam æquitati conuenit, ut unusquisque ad fructum militia
emenso tempore debeat peruenire, & laboris recipiat premium pro
compensatione meritorum.*

Cassiod. 7. Var. epist. 30.

*Satis prospectum subditorum Patrimonij, attritis Prouin-
cijs, Ciuitatibus, Populis, ut vel iam locupletatas illas, vel
ab inexplebili auaritia exactorum laceratas, ad spem salutis re-
ductas intueamur: militaribus animis adhibita fomenta; om-
niaque in meliorem formam perducta, ut nunc beatos nos
prædicare debeamus, nam*

Capitolin. in Maxi. & Bal-
bi. c. 17.

Tacit. 1. Annal.

Ob rectum imperium populi fors tota beata est.

Homer. Odyss. 7.

At nuper, pudet, ac piget fateri,

Martial. lib. 12. epig. 15.

Omnes cum (Fisco) pauperes eramus.

*Sed quid est causæ, cur alij Proreges cum eisdem reddi-
tus, eadem tributa, vectigalia, prouentusque recuperarent,
paucis soluerint; multosque fiscales redditus de nouo* vē-
diderint; & noua vectigalia, aut tributa imposuerint, de-
fuerint omnia? tibi cum tam multa largiaris, omnibus tum
creditoribus Regij patrimonij, tum militibus, & vetera-
nis sine intermissione soluas, ceterisque erogationibus
abundè satisfacias; nullum tributum, nullum nouum,
onus constitueris, sed multa subleuaueris; nullos fiscales
redditus vendideris, omnia supersint? illis tot millia ex Re-*

Plin. Paneg.

Ibid.

Ibid.

M gio

* Concordat Noua Ref. p. 5.
Las necesidades, y aprietos
en que se han visto los seño-
res Virreyes passados, que
viuendo en tales estrechun-
tas, para esta confusión les
fue forzoso echar mano de
expediente tan dañoso, co-
mo ha sido el vender rentas
al quitar, a vida, y a extin-
guir, haciendo partidos de-
saumentados con interes-
ses exesivos etc. & pag. 2.
Enseñando el no poner
nuevas imposiciones, ni ven-
der juros, como se solia por
lo pasado; pues se hallan
los pueblos tan cansados, y
atanzados, que a penas po-
dian cumplir con los pesos
ordinarios, y el patrimonio
tan exhausto, y empeñado,
que no se quedaba renta
libre.

Lia. lib. 24.

gio patrimonio *ad publicas necessitates* desiderentur? tibi
tot supersint? *

Tacit. 1. Hist. Capitolin. de
M. Ant. Philosopho c. 23. *pe-
cunia publica parcissimus
fuit: quod laudi potius da-
tur, quàm reprehensioni.*

Plin. Paneg.

Quia tu tam parcus in dispensandis Regij patrimonij
pecunijs, quàm diligens in tuendis, vt *pecunia publica aua-
rus* dici meritò possis.

*Quo temperamento, & nobis, & Aërario prodes? quot sumpti-
bus eius adhibes modum?*

Dio. Nicæus in Nerva.

Plin. Paneg.

Contrahens quantum potes impendia publica;

*Reijciendo aliquid, & amputando ex his, quæ alij Proreges
tanquam necessaria reliquerint. iam*

Claud. de laud. Stilich. Pa-
neg. 3.

————— *Non indecores æraria lassant
Expense.* —————

Vndè tibi omnium copia sequuta est, indiesque magis,
ac magis crescet, quia

Sophocles

Plin. 2. ep. 4.

Idem Paneg.

Tacit. 2. Annal.

Idem 1. Histor.

Ibid.

Idem 1. Hist.

Idem 2. Annal.

Plin. Paneg.

Tacit. 3. Annal.

*Videlicet frugalitas est magistra
Sapientium, optimorumq; consiliorum,*

Ex qua, velut ex fonte, liberalitas tua decurrit.

Sed quis antè te laudem istam pecuniæ SERVATÆ prætulit?

*Quis virtutem illam diù retinuit, erogandæ per honesta pe-
cuniæ?*

Quis pecunias distribuit parcè?

Quis non tanquàm in summa abundantia, pecuniæ illudit?

*Quippè hiantes in magna fortuna amicorum cupiditates, ni-
mis liberaliter explebant;*

*Vt velut perfringere Aërarium viderentur: omnibus enim
& passim, licet non militibus stipendia assignabant.*

*Bellorum istud socijs olim, periculorum consortibus, parcè tamen
tribuebatur.*

Sic singuli nunquam exatiabantur, Respublica deficiebat.

Quod

*Concordat Noua Ref. p. 3.
Viene a pagar oy por el ya
troyso superante al exsio
ciento y veynte y ocho mil
seteciètos y nouèta y qua-
tro ducados. & pag. 10. De
las quales sumas, despues
de cumplidos con todos los
pesos, entran oy con auanzo
las dichas Casas Militar,
y O-Quariz de ciento y
veynte y ocho mil seteciè-
tos nouenta y quatro du-
cados.

Quod tu singularibus viris, ac de te quidem benè, ac fortiter præstitisti, sed in toga meritis. Plin. Paneg.

Simul illos severè, curiosèque, nec sine moderatione recognovisti: palàm adempto stipendio, quibus, aut nulla merita, aut nunquam sub pellibus fuerunt. Suet. Calig. c. 16.
Tacit. 13. Annal.

Et integris viris, iniunxisti uti causas cognoscerent eorum, quibus, aut emerita stipendia, aut morbus causæ essent, quominus militarent. Liu. lib. 24.

Nam fraudes sæpè hæc res admisit, dùm per gratiam, aut dissimulationem probantur. Veget. 1. de Re milit. c. 7.

Ad commoda missionum, militiæque subtrahuntur, ætate, & corpore habiles. Suet. Aug. c. 49.

Lucri fecisti CENSORIAM NOTAM, simulque disciplinæ militari prospexisti. Valer. Maxi. lib. 4. c. 1. ex. p. 10.

Iam non ita ut multis, qui nunquam in acie steterunt, nunquam castra viderunt, nunquam denique tubarum sonum, nisi in spectaculis audierunt, præmia decernuntur: Plin. lib. 2. ep. 7.

Verùm, ut illis qui — stipendijs in ordinem meritis, & militiæ gradibus emensis, Ibid. Paneg. Constan. Constantij filio d.

Decus istud sudore, & sanguine, & factis meruerunt. Plin. 2. ep. 7.
iam.

——— *Ornatur proprijs industria donis.*

Claud. de Man. Theod. C66.

Iam gratiosa missio velut in exilium damnata, sola honesta relicta est; & caussaria viris tantùm senio, vel aliqua corporis labe insignibus largitur. Liu. lib. 43.
Vlpian. l. C. in l. 2. §. 1. D. de his qui notant infam. Apul. 4. de Ast. aur. Lip. 5. de Milit. Rom. dial. 19.
Suet. Aug. c. 38.

INTELLIGO quàm difficilem in locum, scopulosumque devenierim. Pacat. Theod.

Nam cùm aliorum Proregum facta, aut potius non facta, licet parcè, & modestè arguere, aures tue respuant, laudes petant. Ibid.

Alioquin nihil non parum gratè sine comparatione laudatur,* Plin. Paneg. Cic. 2. de Orat.
*Duplas enim materiam, & virumque, visiorumque non tantum naturam, sed etiam modum trahit Quint. 3. instit. Comparatione res maiores videntur, & facilius noscuntur. P. Victor. in Arist. lib. 1.

Glo-

Pacat. Paneg. Theod.

Gloriaeque intersit ad praesentium commendationem bonorum, mala decursa reputari:

Ibid.

Contra verò clementia tua summa beneficium suum malis imminui, quàm tristem enumeratione cumulari;

Ibid.

Necesse erit me, vel tacentem publica incommoda, vel loquentem, aut ingratum virtuti, aut onerosum esse pietati.

Plin. Paneg.

Quantum ad me pertinet, laborabo, ut orationem meam ad modestiam Principis, moderationemque submittam; nec minus considerabo, quid aures eius pati possint, quàm quid virtutibus debeat.

Martial. in Epist. ad lib. 1. Epig.

Spero enim me sequutum tale temperamentum, ut de istis queri non possit, quisquis de se bene senserit, cum salua omnium reuerentia scripta sint.

Ibid.

Quae adeò antiquis auctoribus in hoc dicendi genere defuit, ut omni conuitiorum licentia in priores Principes inuherentur.

Plin. Paneg.

Nam hoc primum erga optimum Imp. piorum civium officium esse existimabant, insequi dissimiles. neque enim satis amarint bonos Principes, qui malos satis non oderint;

Ibid.

Sicque maximè laudari incolumem Imp. si priores secus meriti, reprehendantur.

Ibid.

Hinc est, quòd Imp. Traiani non aliud amplius, ac diffusius meritum memoratur, quàm quòd sub eo insectari malos Principes tutum fuit.

Pacat. Theod.

Quare Excell.^{me} Princeps exiguum sensibus tuis iniunge patientiam,

Ibid.

Libenterque mala nostra audi, ut tua beneficia recognoscas.

Nazari. Paneg. Constant.

Dabit enim veniam clementia tua, si audaciorè veritas facit.

Ibid.

Quàvis enim existimare de Principibus nemini fas sit. Nam, & in vestibulo suo inquirentem repellit obiecta veneratio, & si qui propius adierunt, quod oculis in solem se contendentibus euenit, praestrieta acie videndi facultate caruerunt.

Quia

Quia tamen in consuetudinem vertit olim, ut publica gratiarum actione perlata boni Principes laudarentur, mali reprehenderentur, Plin. Paneg.

Liceat mihi vtilissimum morem reuocare, & si non famam, vitamque aliorum carpere; at liberè facta tua, laudesque commendare, ut in te tanquam in speculo, possint alij Proreges, ornare, & componere vitam, & facta sua, ad tuas virtutes. Ibid.

Plutar. in Timoleon. repetit in lib. de Profectu virt. sent. ut veluti in speculo insueti, ornemus nos, & componamus.

ONERA Regij patrimonij pleraque vectigalia institui, pro utilitate communi, ita singulorum iniurijs coegerunt. Plin. Paneg.

* Conuenit Noua Ref. p. 2. Enseptuando si no poner nuevas impsiciones. & c. pag. 3. y todo esto se ha hecho sin poner ninguna nueva impsicion, &c.

Sed tu parentis indulgentissimi officio fungens, prouida diligentia cauisti, nè prouincia nouis oneribus* turbarentur, utque vetera sine auaritia, aut crudelitate magistratuū tolerarēt; Tacit. 4. Annal.

Nec nouis indictionibus pressæ, ad vetera tributa deficiunt. Plin. Paneg.

Adijciens gratandum esse, si prouincialis hinc inde vastatus, saltem sollempnia prabeat, ne dum incrementa, quæ nulla supplicia egenis possent hominibus extorquere. Ammia. lib. 17. c. 5.

Cum enim omnes Regni huius partes æquabiliter desideres augeri, crementa tamen fiscalium tributorum iustissimo sunt pensanda iudicio: quia seruientium imminutio est, huius illationis accessio, quantumque pars illa proficit, tantum se hæc à firmitate subducit. Cassiod. 4. Var. ep. 38.

Sed à te, qui Fiscus utilitatem stabili vis diuturnitate consistere, exclusa est dispendiosa semper enormitas. Ne augmento suo tumens summa deficiat, incipiatque magis deesse, quia immaniter visa est accreuisse. Ibid.

Et insatigabili cura (quod difficillimum virtutis est genus) sub generalitatis gratia publica procurasti compendia, censum non addendo, sed conseruando protendens, dum illa quæ consueuerant malè dispergi, benè industria prouidente collegit. Idem 2. Var. ep. 16.

Sensit Rex noster auctas illationes, subditi addita tributa nesciunt. Ità utrumque sub administratione tua perfectum est, ut & Fiscus cresceret, & priuata utilitas nulla damna perferret. Ibid.

N In

Ammia. lib. 22. c. 5. & lib. 30. c. 18. *querenda undique pecunia vias. abique inflorum inuflorumque difcreffione feruantes.* & poftca c. 28. *indagandi quæftus vios per aliena viâ nanffragia.*
Plin. Paneg.

In quo tamen non eft prætermittendum, effe quodam hominum genus curiosè *lucra ex omni odorantium occasione*, & inueftigantium caufas augēdi Fiscum ex aliena iactura.

Bodin. 6. de Repub. cap. 2. *Aerarii conficiendi magifffros habemus ubique quâplurimos, qui ciuium opes exhaurire, ac principes ad inuflata veffigalium genera urgere, confueverunt.*

Nunquam enim Principibus defuerunt, qui fronte graui, & trifti fupercilio, *utilitatibus Fiffi contumaciter adeffent.*

Tacit. 4. Hiftor.

Et nomine magnifico, quafi ex re Principum, noxium adulationis virus *velant*, popinantque facilè imperantibus.

Plin. Paneg.

Nam multi *fua fponfe auidi, & rapaces, & qui magifffris nō egerent: plura tamen femper à nobis, contra nos didicerunt.*

Tacit. 13. Annal.

Nullæ opes, nullum patrimonium fecurum. prouincias, ciuitates, fingulaque municipia *noûis acerbitatibus infeffantur.*

Idem 2. Hiftor.

Synef. epift. 119. in quo alij vertunt, *cōmunes peffes regionis.*

Tac. 4. Annal. l. 2. C. Theod. de Petit. & vltro dat. & de latori. *Maximum humana viâ malum delatorū exccranda pernices.* & in l. 10. cod. *humani generis inimici.*

Martial. Spe&ac. epig. 4.

Iftos improbos, metuendos, *malis artibus ambitioffos,*

Calumniatores fiffcales, patriæ communes genios malos;

Quin antiquis delatoribus, *genus hominum publico exitio repertum, & pennis quidem nunquam fatis coërcitum,* compares, nihil impedit, nam ficut illi

Turba grauis paci, placideque inimica quieti,
Quæ femper miferas follicitabat opes.

Tacit. 2. Hiftor.

In eo tamen (fi fas mihi iudicare) differunt, quòd iftis *grauius, atque atrocius* Respublica affligitur, nam cū fint *regionum gnari*, non refertos agros, dites dominos tantūm, *in prædam deftinant*; fed prouincias, ciuitates, municipia, & omnes fubditos *feffos oneribus, diminutionem tributi orantes*, vt poffis eos commodè vocare *ffpoliatores ciuitatum, & ciuium.*

Idem 2. Annal.

Ergò improbiores, magifque metuendi, cū & publicas, & priuatas opes aperto Marte laceffent, arridentibus Principibus, quibus augendi Fiffos fuos cura.

Idem 1. Annal.

Vndè gratiam, aut potentiam apud *unum*, odium apud omnes adepti.

Ibid.

Perniciem alijs (vtinam & fibi) inuenere.

At

At nos Excell.^m Princeps discimus experimento, neque hanc vitæ sectam, neque hoc hominum genus tibi placere, & ad tuas aures, cum ceteris omnibus, tum vel maxime avaris adulationibus obstructum esse aditum. quare iam

Plin. Paneg.

*Impia continui cessant augmenta tributi;
Nec tua privatis crescunt araria damnis.*

Claud. de 4. Consul. Honor.

Iam non est periculum, ut patrimonia nostra viles adlatores imminuant.

Et si quando vrgere modestiam tuam audent, qua severitate eos reprimis? ut iam timeant, quantum timebantur.

Plin. Paneg.

Quam iuvat cernere nos quietos, securos, & aduersus prauas horum cogitationes tua clementia, tua integritate munitos: iam

————— *Nec blandæ murmure linguae
Decipimur,* —————

Martial. lib. 7. epig. 87.

Nec periculum est ex tam ingeniosis hominibus.

Silent ergo, & quiescunt, & postquam non est, cui suadeatur, qui suadeant non sunt.

Plin. Paneg.

Quò euenit, ut tibi cum plurimum pro tuis, plus tamen pro nostris moribus debeamus.

Ibid.

IMMOTVM itaque aduersus omnium sermones, fixumque tibi fuit, nihil prætextu publicæ utilitatis conuellerè, sed potius subsidia Regni erigere, exanimata recreare, dilapsa colligere.

Ammia. de Iul. lib. 17. c. 3.
Falsumque est tunc, & deinde unus animi firmitate, ut præter solita nemo Gallis quidquam exprimere conaretur, &c.
Paneg. Maxim. & Constan.

Iacebat enim innumerabilibus malis agrum, vel potius dixèrim exanimatum Regnum.

Pacat. Theod.

Idcirco non exquirebas novos sinus, & varia tributorum vocabula, quæ prompti ostentauere subdoli, & perniciosi illi assentatores, sed an inuectum tributorum ingens malum — cunctaque vectigalia aliquo modo, vel omitti, vel imminui possibile esset? ut id pulcherrimum donum generi mortalium dares.

Tacit. 4. Histor. Lip. 2. de Magnit. Ron. c. 6.

Aurel. Viq. de Cesar. c. 39. §. 4.

Tacit. 13. Annal.

Ibid.

Quid

Plin. lib. 1. epist. 8.

* In Nerone impetum fuisse scribit Tacit. 13. Annal. quem multum prius laudata magnitudine animi, attinere Senatores: in Noſtro Comite deſideriū ſublevandi teſſos. Ideo augeo Principis munus, cūm offe-
rationem. Plin. Paneg.

Quid indulgentius? quid conſultius? quid priſco illo ævo dignius? *tantòque laudabilior munificentia tua fore videbatur, quòd ad illam non impetu* quodam, ſed conſilio trahebaris.*

Ambitio enim, & iactantia, & effuſio, & quidvis potiùs quàm liberalitas exiſtimanda eſt, cui ratio non conſtat.

Tacit. 4. Annal.

Plura remiſiſti,* plura temperaſti, quàm anguſtia rerum permetteret, modica tibi videntur, qui nunquam beneficiam tuam otioſam ſinis, maiora daturus, ſi benè computatis erogationibus, & publicis neceſſitatibus, tanta cura moderatis, & diminutis, redditus Regni ſufficerent.

* Conuenit Noua Ref. p. 3. Y todo eſto ſe ha hecho ſin poner ninguna nueva ym-
poſicion, antes hemos quitado dos, que teniam en ſu-
geſion, y trabajo a los pue-
blos. La una de la ſal de
Abruzzo, dexando en ſu li-
bertad a los que quiſieſſen
yr à comprarla, etc. & mox.
y la otra, hauer quitado el
nuevo ympeſto del carlino
por libra de exitura de la
ſeda, &c.

* Plaut. in Ruden. Act. 3. ſc.
vlt. ſumitur aluſiue à vio-
lenta illa IN IVS DEDV-
CTIONE, de qua Cuia. li. 7.
Obſeru. c. 16. & 10. c. itē 10.
Duaren. 1. Diſp. c. 1. Brilon.
5. de Formul. ex prin. & alij.

Tacit. 14. Annal.
Ex cod. 4. Hiſtor.

Sed cūm hāc liberalitatem tuam experiri nos tam ſtri-
cta neceſſitas, tam improba vtilitatis noſtræ, & gloriæ tuę
inuidia vetarent: eſſetque neceſſarium tam axhauſto Re-
gio patrimonio opem ferre: quàm inuitus, quàm coactus,
& renitens, & * *obtorto collo rapiaris* ad noxam, & detrimen-
tum aliquod priuatorum, licet leue, & temperatum! quòd
ſanè *vtilitate publica rependitur*, cūm ſine eo Reſp. nulla ſta-
re poſſit: tamen cūm aliquid auferatur, non potuit ſine
dolore tuo fieri, qui ſine vllius iniuria omnia vſibus no-
ſtris exuberare, & *magnitudinem animi in addendo, non de-
mendo Reipub. oſtendere* ſummè deſiderabas.

Saluſt. Orat. 1. ad Cęſar. de
Rep. ordin.

IAM ad prædicanda remedia quibus Fiſco ſubueniſti,
ſuperuenit oratio. Primum notatu dignum, ſuaue, iuſtum,
tolerabile, ſoliſque diuitibus aliquid abradēs; nec nouum,
ſed & antè à bonis Principibus * *vſurpatum*: munus tuum
auget, prouidentiam exhibet, indulgentiam oſtendit.

* In Noua Ref. p. 2. Y ſimil-
do el exemplo que la bue-
na memoria del Rey nue-
ſtro Señor Phelipe II. ſien-
dole pedido por las Cortes
de Madrid lo miſmo el año
de 1563. lo otorga, y hizo
Prematica, que oy ſe guar-
da en ſoſa Caſtilla. Y la
ſantidad del Papa Cleme-
te VIII. el año de 1592. hi-
zo lo propio en todo el eſta-
do Ecleſiaſtico, que oy ſe
obſerua. Y la buena memo-
ria del Coade de Lemos go-
bernando eſte Reyno hizo
lo miſmo, &c.

Tacit. 6. Annal.

* Ciuilis hæc res, & ad pro-
merendam omnium volun-
tatem (vt Suet. in Tito. c. 1.
verbis vtar) aptiſſima, &
Xenophōtis in Hieron. præ-
cepto commendata.

Iſtud eſt, non quòd tu excogitaſti, nec enim abſtrahen-
di, aut diminuendi aliquid quamuis puſillum, *ſententię
ſpontè auctor, & quoties neceſſitas ingrueret, ſapienter moderans;*
niſi cum præmia,* munera, largitiones, ſtipendia, aut gra-
tiſſima beneficia tribuenda; vectigalia, aut tributa tempe-
randa.

Sed quòd Conuentus totius Regni pro vtilitate cōmuni
ſerio

seriò deliberatum, frequentiori calculo amplexus est.

Quid enim tibi contingere potuit, aut nobilius ad laudem, aut huic Regno certius ad salutem, quàm vt causa quæ & Fisci, & subditorum vtilitates tangit, libero eis permissio arbitrio tractaretur?

Licet reijcere, licet exclamare, hoc nolo, quia damnosum; & Plin. Paneg.
vtile, & conuenientissimum remedium admittere.

Credetne hoc olim Ventura posteritas? & præstabit nobis tam Pacat. Theod.
gloriosam fidem, vt nostro demum seculo annuat factum, quòd tã-
tis infra supraque temporibus, nec inuenerit æmulum, nec habuerit
exemplum?

Fuit vetustas rerum suarum non solùm ostentatrix, sed etiam veri mirifica amplificatrix, ideò nec dubitandum, quin innumeris literarum monumentis tam insigne, & seculis omnibus prædicandum moderationis exemplum iactaret, si sibi contingerit. Quare

————— *Taceat superata vetustas*

Claud. lib. 1. in Rufinum.

Improbis est profectò, & bona seculi parùm intelligit, qui tot beneficia laudibus non prosequitur, grato animo refert, admiratione colit, ac veneratur; præcipuè cum *ipsis* bonis temporum, & Reipublicæ utilitatibus admoneatur.

Plin. Paneg. 1.

Nazar. Constan.

Visum igitur fuit, redditus annuos redimibiles à Fisco solui solitos ita contrahere, vt qui octo, nouem, aut decem pro centum haberent, septem tantum consequeretur. quæ iustior semper visa fuit horum reddituum redimibilium æstimatio, & lege Hispana nominatim definita.

Couarru. 3. Var. c. 10. nu. 2.
Gutier. 2. Pract. q. 171. Gaspar.
Roder. de Ann. Redit. lib. 1.
q. 6. Velazq. de Auendaño
de Cens. Hisp. c. 32.
L. Regia 6. tit. 15. lib. 8. No-
uæ Recop.

* Hæc fuit opinio Bal. cõf.
410. lib. 1. existimantis ius-
tum esse pretiũ vnus pro
decem ad vitam vnus ho-
minis. licet antè cõf. 18.
eod. lib. admittat etiam ad
duorum hominum vitã ius-
tum idem pretium esse.
Gaspar. Roder. lib. 1. de Anna.
Redit. q. 4. nu. 13.
L. Reg. 8. tit. 15. li. 5. Recop.
Velazq. de Cens. Hisp. c. 33.

Reditus vero annuos ad vitam ementis constitutos, antè quidem ad rationem vnus pro duodecim, aut tredecim in hoc Regno vendi cõsuetos; ad rationem vnus* pro decem constituere. Quamuis enim pretium redditus ad vitã duplum sit ad pretium redimibilis: (quod etiam Hispana lex considerauit.)

Tamen, quia pretium naturale nec consistit in puncto indiui-

Idem c. 27. nu. 1.

O

sibili,

*Reditus à verbo Reddo de-
riuat: eò quòd singulis
annis redeat. Quamobrem
cum simplici d, scribendum
esse constat ex Plin. Sen. 14
Nat. hist. cap. 4. & 17. c. 1.
Varr. 1. de Re rust. cap. 44.
Ouid. 2. de Pon. & 1. Amo.
Mar. 5. epig. 36. Plin. Ann. 9.
ep. 37. Agell. 15. c. 1. & ex
Iuvenal. quos refert Tirac.
de Retract. Ligna. §. 1. gloss.
6. nu. 1. Eamd. alihymol. se-
quuntur Calop. Nebrijs. &
Thesaur. Lat. Ling. Oshoma.
Brisson. Verrut. Pras. & Spi-
gel. de verbis iur. Nauar.
in Apolog. de Redd. Ecclesi.
2. monit. & in Propug. Apo-
log. §. 7. Gaspar. Roder. 1. de
Anna. reddit. q. 1. nu. 1. Li-
cet alij scribant redditus,
à verbo Reddo. Mart. 2.
epig. 38. Cornou. cons. 289.
nu. 11. lib. 1. Sarm. in De-
fens. lib. de Redd. Ecclesi.
c. 1. prin.*

sibili, sed continet latitudinem iustitiæ inter eas species infimi, & medij, & supremi;

Ibid.

* Idem Doctores variè de pretio annui redditus vitalitij senserunt, nihil certū definientes, quos referunt Coarru. 3. Var. c. 9. nu. 7. Pinell. ad l. 2. C. de Rescin. vend. 3. p. c. ult. nu. 32. Velazq. de Cef. Hisp. c. 33. n. 2.

Princeps, & Resp. possunt taxare iustum horum reddituum pretium, ut in terminis tradunt Rip. resp. 19. lib. 1. Moli. de Comerc. q. 58. Couar. 3. Var. c. 9. n. 6. ad fi. Pinell. de Rescin. ven. 3. p. c. ult. nu. 35. Velazq. de Cef. Hisp. c. 38. nu. 2.

(Cum peculiaris huius natura sit, quod certis finibus non circumscribitur, nec quantum sit liquidè potest * decerni, sed ex varijs circumstantijs deducendum, atque æstimandum est, considerando rem, locum, tempus, abundantiam, carestiam, & alia, quæ communis æstimatione, atque hominum consideratio aduertit.)

Iustissimè ad hoc pretium propter publicam utilitatem perpenso statu rerum, ac diminuta fiscalium reddituum æstimatione, reduxisti.

Nec tibi imputari potest, quòd pretium horum reddituum non duplicasti. Imò laudandus es, qui non per dura, & aspera, sed per leuiora remedia Fisco subuenisti: præcipuè cum respectu habito ad pretium, quo alij Proreges hos redditus vendiderunt, eandem quam antea proportionem habeant ad pretium reddituum redimibilibium.

Claud. de land. Stilich. Pa- neg. 1.

————— *Lewis hac iactura, nec unquam
Publica priuata cesserunt commoda cause,*

Plin. Paneg. 7.

Tolerabilis, & facilis, cum ea lex detractiōi huic dicta sit, ut ad periculum eius perueniri, nisi opibus non possit.

Ibid.

Itaque solis diuitibus irrogatum, conuersa est querela in gratulationem: iniuria in votum; optamus non esse immunes, detractiōis, nam onere eius carebit tantum paruum, & exile patrimonium.

Ibid.

Præcipuè cum detrimentum promptis, certis, nec vagis solutionibus, non solum compensaueris, verum multo plus anteueneris, quas veluti exules, relegatasque prioris temporis necessitas fecerat; tu postliminio non solum reduxisti, sed & fundasti, roboralli, & firmum, certumque fecisti, quod inutiliter antea petebatur. vnde

Claud. de land. Stilich. Pa- neg. 2.

*Sub tot Principibus quæcumque amissimus olim
Tu reddis.* —————

Ergò plus consequuti sumus, quàm præstitimus? & nego-

Ante redit⁹ redimibiles ad rationem 8. 9. aut 10. pro 100. constituebantur. Vitalitij ad 12. & 13. vnde cum hodie illi ad rationem 7. pro 100. hi vero ad 10. contra-cti sint: eandem quam antea proportionem Arithmeti- cam habent inter se, cum in 3. pro 100. vitalitij hodie, sicut olim, redimibiles superent, & in eodem excessu sint. Idque perspicue in hoc exemplo apparet.

Vitalitij antiqui		Redimibiles antiqui
11		8
	Excessus	
12	3	9
13		10
Hodierni		Hodierni
10	3	7

egotiatio est, aliquid amittere, ut maiora lucreris. obruit enim, vel imminuit sensum aliquid amittendi firma solutio, quieta possessio, & certa exactio.

Tertullian. Martyr. c. 2.

Res olim dissociabiles miscuisti, vtilitatem Fisci, & commoditates subditorum, compensata noxa mirabili quodam nexu coniungens, ut isti non nimis grauarentur, & illi optimè confuleretur.

Tacit. in vita Iul. Agric. vtruntur eadem phrasi Plin. Paneg. *miscuisti res diversissimas, securitatem clim imperantis, & incipientis pudorem.* Lar. Pacat. Paneg. Theod. *duas res diversissimas iunxi, metum, & securitatem.*

Ille auctus, & locupletatus, omnibus sufficiens;

Isti ex nullis, aut incertis reddituum fiscalium solutionibus pauperiores effecti, nouis, & certis recreati, in novum, ac florentem statum restituti sunt.

* Convenit Nova Ref. p. 2. Del qual ajustamiento va resultando la pñualidad de cobrar se las tercias y el mejorarse el principal: pues adonde se solia vender con tanto daño por lo pasado, el día de oy que está con repa- ración, corre ya en la plaza con la mitad menos, y con esperanza de que en breve tiempo se vendra al yqual sin ningun daño, pues con este expediente se ha mejorado el principal y las tercias, y resultado DOCIEN- TOS Y SESENTA MIL DVCADOS DE RENTA AL AÑO en beneficio de su Magestad.

Reddidisti * fiscalibus redditibus fidem labefactatam, & diminutam æstimationem reuocasti. nam *sic resecta fides, & paulatim priuati quoque emptores reperti,* qui iusto, & non viliori pretio emerent. neque venditio reddituum exercita ad formam antiquam, cum plurimum pretijs accesserit. Fisco ipso amissas vires instaurasti: Prouinciasque iam deficientes locupletasti: reddidisti omnibus bona, dignitatem vitæ, & patrimonij securitatem.

Tacit. 6. Annal.

Ibid.

Suet. in Aug. c. 41.

Quare si fas, piumque mortalibus æstimare cælestia, nullam maiorem crediderim esse Principum felicitatem, quàm fecisse felicem, & intercessisse inopia, & fortunam vicisse, & dedisse homini nouum * fatum.

Pacat. Theod. Cassiod. 3. Var. ep. 11. *Quid enim tam egregium, quam fecisse felicem?* Auct. Paneg. Philip. *Nullaque alia his regum, ducumque felicitas, quam ut suos felices faciant.* * Simile apud Symmach. lib. 4. epist. 7. *Promerendū vndique amoris vias inuenis, & maioribus occupas munera priuata satis respicere.* & lib. 1. ep. 95. *suis no- teger.*

Fecisti nos ex tantis miserijs felices, & ex pauperibus diuites, Fiscum iam deficientem noua forma adiuuasti, ut hac quasi via omnes in tam insperatam salutem duceres, quia constat quòd sigillatim omnes adipiscuntur, in commune Reip. & Fisci redundare; quo tenui, aut exhausto, angustæ, aut nullæ sunt subditis opes, postquam tua prouidentia eò copix venerit, gliscere singulos.

Nazar. Constan.

Tacit. 2. Annal.

Nam cùm intrà ipsum voluantur omnia, & ut ille qui cuncta ambit Oceanus, quas suggerit aquas terris, recipit è terris, ita quicquid in ciues manat à Principe, redundat in Principem.

Pacat. Theod.

Vnde

Ibid.

Vndè, & Regi nostro magnam vtilitatem, & tibi gloriam mirificam lucratus es, cum dares pecuniam reuersuram.

Tacit. Agric. in princ.

ALTERVM * remedium non minus vtile, quàm necessarium vniuersis fuit. per quod grauem illam Regni Descriptionem (vulgò NVMERATIONEM FOCORVM appellatam) rapinis, & fraudibus paratam, per quindecim annos grande mortalis aui spatium distulisti.

Appian. 1. Civil. Dio lib. 35. Tacit. 1. 2. & 13. Annal.

Cùm enim tributorum huius Regni summa, non in decumis, quinctis, vigesima, quadragesima, aut centesima constitat;

L. 3. & ult. D. de cens. l. Cùm antea 10. C. de Agric. & cens. lib. 11.

Neque in capitazione, vt singulæ personæ conferant pro capitibus:

L. Cives 7. C. de incolis lib. 10.

Sed in exactionibus pro sede, & familia intrà penates retenta, ubi quis larem, rerumque, ac fortunarum suarum, summam constituit.

d. l. Cùm antea 70

* L. Pronunciatio 195. §. 2. D. de verb. signif. L. Cùm erat 24. D. de annu. leg.

In locum capitationis antiquæ (ni fallor) inductis, tanquam mitioribus; cùm antea per singulos viros, per binas verò mulieres capitis norma censeretur: nunc per totam familiam (in qua * multi continentur) tantum pendendi munus iniungitur; ad quod omnes aliæ pensationes redactæ sunt. ità vt hodie ob nullam aliam rem, nisi pro Foco, Fisco tributum (in sex, aut septem diuersas necessitates diuisum) solvatur.

Tacit. 4. Hist.

Id sanè suapte natura graue, onerabant ministri, & exactores auaritia, ac luxu.

Idem in vita Agric.

Cesar. 3. de bell. civil. Caes. lib. 5. Var. epist. 14. Scelerato commercio aliquid exinde suis possis applicare compendii: ut funtlio publica commoditas sit priuata. & epist. 39. Quod genus euidentius est prada, pro illius voluntate dare, qui ad suum commodum amplius seilicet exigit. Imitatur Martial. lib. 8. ep. 31. Claud. in præfat. ad 3. cōf. Hono. & lib. 2. in Rufi.

Quos, nec videre populorum miseras, nec eiectiones penatibus suis satiauerit.

Auferre, trucidare, rapere,

Et præter imperatas pecunias, priuato compendio suo seruire assueti totum Regnum vastabant.

Ità * vt in his (quos EXPLORATORES FOCORVM non impropiè appellabo) & in expensis huius Numerationis quadringentis HS. è miserrimis Paganis exhauriebatur.

In

* Conuenit Nons Ref. p. 2. lin. 33. T no bastando esto para suplir à la falta, agensamos el otro segundo expediendo, y es, que siendo ya llegado el termino de hacer la nueva Numeracion de los fuegos de este Reyno, q toca à su Magestad el beneicio de todo el aumento, que huieren crecido cada 15. años. & postea lin. 42. Nos hauemos contentado, por las causas dichas, de acordar, y transigir con el Reyno en el dicho Parlamento prorrogando esta Numeracion por otros quinze años.

* In Nons Assignat. pag. 2. lin. 39. T los pueblos de por si gastauan y expedian mas de otro MILLON DE ORO, tanto en gastos ordinarios, y extraordinarios, como en desordenes, y fraudes que se hazen. y estando el Reyno tan destruydo, les fuere la última destruycion.

Indigna res profectò, & te cenfore digna, nam *pauperes*
si solvere id cogantur, laribus, sepulchrisq; auitis carendum erat;

Et extorres aris, ac focus agere.

Manendo tamen, onerosum coniugem, liberos, & fa-
 miliam habere, & *tristem, aut incultum focum colere.*

----- *Princeps hæc omnia noster*

Corrigit, -----

Nam hoc habet

Magnificum, & ingens, nulla quod rapiat dies,

Prodesse miseris, supplices FIDO LARE

Protegere. -----

Ideò publicam paupertatem misertus, *exactionem* huius
 INSCRIPTIONIS *mollire curauit, circumcisis quæ in quæstum*
reperta, ipso tributo grauius tolerabantur.*

Aduertisti oculos, populis exitiosam, nec Regi vtilem,
cùm duplum eius, quod consequeretur, expenderet.

Hæc præcipua tua cura, excidere damnosum, relinque-
 re vtile, arcere sumptus, auertere iniurias.

Quare in locum NVMERATIONIS (nunc faciendæ) sum-
 mam* modicam tolerabilem, nec statim, aut in perpe-
 tuum; sed per quatuor annos tantum dandam pactus es.

Quam sanè vt facilius tolerarent, multa alia beneficia
 *adijecisti, vt constet catenato quodam nexu, ex humanis-
 simo tuo pectore, vnum beneficium, plura secum trahere.

MAGNUM hoc tue moderationis inditium, ita lenire tem-
 porariam hanc *indictionem*, vt iuuat, releuet, augeat; potius
 quàm diminuat, aut detrimentum afferat.

Nam primùm graues illæ NVMERATIONIS expensæ
 vitatæ: eiusdem ministri, * & exactores in *omnem auidita-*
tem proponi,

Et ob *lucra, & questus infames reiecti;*

P

Vt

I. In fudo 39. T. de rei vind
 Au. Adag. C. il. c. cen. 8.
 prob. 18.

Flor. lib. 3. c. 13. & Tacit. 6.
 Annal. loquens de Artabz-
 no, *qui nihil aliud reliquit,*
quàm si qui extorrem, suis
quisque sedibus extorres.

Martial. lib. 11. epig. 57. &
 lib. 4. epig. 66.

Sidon. Paneg. Maiora.

Vene. in Med. ad. 2.

Tacit. in vitæ Agric. ubi Li-
 ppius *exactionem* legit, alijs
austron. Ammian. li. 30. c. 30
 de Valentiniano. *Tributorum*
ubique mollitas sarcinas.

Plin. Paneg.

Ibid.

L. Quero 28. D. de Vfus. leg.

Tacit. in vitæ Agric.

Idem 2. Hist.

o Conuenit Noua Ref. p. 2.
 lin. 41. han reducido la ma-
 yor parte del Reyno a un
 estado miserable: hanien-
 dole aueriguado, que los
 pagamentos, y gailos, que
 hacian muchas tierras co-
 los Comisarios Y MPO R-
 TAVAN MAS DE LO
 PRINCIPAL, QUE PA-
 GAVAN A SV MA-
 GESTAD.

o Conuenit Noua Ref. p. 2.
 lin. 36. de bi. epia (Nunera-
 tion) suete aueriguit a las
 otras Reales ciuio y treyn-
 ta mil ducados, como se
 ha visto en la vltima nume-
 racion: Aloucentro su Ma-
 gestad gajana MEDIO MIL-
 LLON de oro en los Com-
 missarios della, y en otros
 gailos, que havia en mas de
 ocho, o diez años que suete
 durar la liquidacion.

o In d. Noua Ref. p. 2. lin.
 34. Que siendo ya llegado
 al termino de ha:er la nue-
 ua Numeracion de los fue-
 gos, &c. & porca lin. 42.
 Nos hanamos contenido.

o In d. 44. Cen que pagan
 DICIENTOS MIL DV-
 CADOS mas que vino a
 ymportar todo TRECIEN-
 TOS MIL AL AÑO por
 tiempo de quatro años, &c.
 o In d. p. a. lin. 46. T. anq
 esta era denda de justicia,
 y que con este acuerdo que
 danan aueriguando los pue-
 blos: considerando, que no
 lo podiam cumplir, haitan-
 do, o en estado de necesida-
 do como se ha dicho, y qui-
 eto mdo ayudarlos, &c.

o In Noua Ref. p. 3. lin. 5.
 T mas les haucmos quita-
 do la espeja y daño q haia
 en la multitud de Comis-
 sarios, que ymportaua mas
 de VN MILLION DE
 ORO al año, en daño de
 los, & p. 4. lin. 44. & 129.

L. Vnica C.de collat. dona.
lib. 10.

Vt nulla iam super ea exactionis molestia formidetur.

Tacit. 4. Annal.

Deindè non solùm ad præsens tempus cauisti, ne Prouinciæ nouis oneribus turbarentur;

Paneg. Flau. non. Conf. d.

Cassiod. 2. Var. ep. 28.

Quia cùm breue, & semper in partem utramque mutabile, cùm & à præterito relinquatur, & transeat in futurum; parum tibi videbatur, si hoc vno solo consuleres (angusta enim sunt beneficia, quæ non etiam de futuris aliquid pollicentur)

Sed & in futurum subuenisti, ac velut munisti, ne sequentes Proreges * noua instituere vectigalia cogerentur.

Plin. Paneg.

Ammia. 15. c. 8.

Tacit. 15. Annal.

Nam † Regium patrimonium, Prouinciæ statum, & cuiusque Vniuersitatis redditus, tam egregia constitutione fundasti; vt illis (has regendi, moderandiq; vias, bonis Principibus emulandas tendentibus) nunquam euenturum, gravitate sumptuum infestis redditus antecire. cùm ratio quæltuum multum superet necessitates erogationum.

Salust. Orat. 1. ad Cæsar. de
Repub. ordinan.

Habeantque in subsidium * ccc. m. annua, quæ vice NVMERATIONIS penduntur, ad prosequendum, ac firmandum NOVÆ ASSIGNATIONIS mirabile inuentum: pertinens ad securitatem bonorum omnium, solutionem reddituum fiscalium, quietem militum, releuationem populorum, claritatem Rationum (nè in veterem confusionem incidamus) & vt vno verbo dicam, rectum huius Regni regimen, veramque subditorum felicitatem. nam ut fabricata, sic virtute parta, aut in melius reformata, quam magna industria haberi decet, ne incuria deformetur, aut corruant infirmata.

Cassiod. 4. Var. ep. 19.

PRÆTEREA viginti FOCORVM millia † fessis, & inopia laborantibus populis remisisti. nam decet principalem prouidentiam fessa refouere.

Idem 1. ep. 18. & 23. Egen-
tium lenissima iustitias po-
puli diuitias affluunt. &
8. 23. Lucrantur Principes
dona sua, & hoc veti the-
sauri reponunt, quod fa-
ma commodis applicamus.

Regnantis enim facultas tunc fit ditior, cùm remittit. & acquirit nobiles thesauros fama, neglecta vilitate pecunie. Hinc est quod consuetudinis Catholici Regis nostri humanitate commo-
nitus, opem fessis, manum porrigis oneratis: ut pietatis tue re-

* Noua Ref. p. 2. lin. 50. Pa-
raque no venga à desorde-
narse la nueva Assignacion,
y Situacion general (de que
adelante se haze mención)
y a caer en las quiebras
pasadas, obligando a los
Virreyes a pedir N. V. E.
LOS DONATIVOS, O
IMPOSICIONES, &c.

† Epist. Ciuit. Bar. & Reg.
Con dar ordine alli nouos
Virreyes, que verranno in
questo Regno, che imitando
casi degno Ministro seguan-
do la medesima vestigia, e ma-
do di gouerno, nel quale si
suppone, e meranglia si è vi-
medesimo al principal biso-
gno, senza impositione di
noue Gabelle, e gravetate, e
senza vendere, nè alienare
no il patrimonio Regio, e di
questa Fedelissima Cursá, e
dell'università del Regno;
anzi accrescendoli le loro
intrate in summe notabili,
&c.

* In Noua Ref. p. 2. lin. 48.
T queriendo ayudarlos, pa-
raque pudiesen no solamente
pagar en los quatro años
los dichos trecientos mil du-
cados al año, pero consi-
guierlos algunos mas, si su
Majestad lo hubiere me-
nester. paraque no venga a
desordenarse la nueva As-
ignacion, y Situacion, &c. &
pag. 12. a fin de que una
obra nueva, tan grande, y
tan señalada, no venga a
pade. erp. &c. & in Epist.
Ciuit. Bar. & Reg. Dal che
si può conoscere quanto sia
stabile il fundamento, e for-
za doue sta appoggiata tut-
ta questa opera, nella qua-
le consiste la salute, e rime-
dio di tutto questo Regno,
che mancando qualunque
di questi stabilimenti, ver-
rebbe a disordinarsi tutta
la macchina, e riformaria-
mo alle miserie di prima.
&c.

† In d. Noua Ref. p. 3. lin. 4.
T hauemos mandado des-
granar a las Tierras impo-
nentes veynete mil sucos.
&c.

medio

medio surgant, qui fortuna sua acerbitate corruerunt.

Quantum sit hoc, imò beneficium quàm necessarium illis, quàm utile etiam deuotionis officijs, non queo satis dicere. Paneg. Flau. Conf.

Remissione ista, viginti millibus dedisti vires, dedisti opem, dedisti salutem, plusque in eo consequutus es quod roborasti, quàm recidisti in eo quod remisisti, quater tantum ter firmum, certumque redditum est, id quòd irritò petebatur. Idem.

Siquidem providentissimi Principis est, grauiter imminutis relinquere tributariam functionem: ut rediuiuis studijs ad implenda sollemnia recrecentur, qui pressi damnorum acerbitate defecerunt. Nam si fessis minime releuetur onus, necessitate cernitur iacere prostratus. Melius est enim presentia damna contemnere, quàm exiguo quæstu perpetua commoda non habere. Cassiod. 4. Var. epist. 36.

Nescit taxare indulgentiam tuam, qui te putat viginti millibus solis donasse: donasti omnibus, quos stare fecisti. Paneg. Flau.

Quàm multi, quos inopia latitare per saltus, aut etiam in exilium ire compulerat; ista remissione in lucem exeunt, & in patriam reuertuntur? Ibid.

Certè iàm nec familiam habere, aut focum colere, tam graue iudicatur. iàm liberi parentes suos chariores habent, & mariti coniuges non grauatur tuentur, & parentes adulterum non pœnitet filiorum, quorum onera sibi remissa letantur. Ibid.

Ità omnium pietas olim fessa respirat, & suos quemque iuuat numerare securum, cum plures adiuuant obsequia paucorum. Idem. & Cassiod. 4. Var. ep. 19. & respirant aliquoties fessis. & 2. epist. 38.

* In Nona Ref. p. a. lin. vlt. los haamos congedido para tal eff. 80 el beneficio del BAXAMIENTO de los jeros, que hanian vendido febre sui vniuersidades a particulares a preçion alios q. 50000, y se re dargan como los de la COR TE Aragon de SIETE por ciento. lo qual ha impo- tado cerca de QUATRO CIENTOS MIL DVCA- DOS. al año.

EISDEM populis, & contractionem redituum (quos priuatis ex contractu soluunt) ad * septem concessisti, tùm propter huius pretij † iustitiam, tùm etiam, ut Fisco æqua-

† Ut dixi supra pag. 57. ad 6.

Ingens hoc meritum, non minus populis, quàm Fisco consulere. maius illud, non plus Fisco, quàm populis licere, & æquare eorum commoditates: quod ego nunc primum audio, nunc primum disco. cum alij locupletare Fiscum, Plin. Paneg.

adim-

adimplere Ærarium postpositis populorum vtilitatibus frequentauerint.

Sic Theodoricus Rex de
se ipso apud Cassiod. i. Var.
epist. 19.

Itaque solis Fisco, & Vniuersitatibus contractionem redituum concessisti, non sic priuatis, quia in his nulla publica vtilitas consideratur. Fisci enim *indigentiam iuste fugis, quæ suadet excessus: dum perniciosa res est in Imperâte tenuitas.*

Congruensque fuit eandem ab Vniuersitatibus expellere. Regni siquidem florentis nullum maius inditium, quàm exonerati, ac diuites populi, nihilque magis prouidentissimo Principi curandum, quàm horum subleuatio;

Suet. Vespas. c. 8.

Ideò per totum Præfecturæ tuæ tempus nihil habuisti antiquius, quàm propè afflictos nutantesque stabilire primò, deindè & iuuare,

Spartia. Hadria. c. 13.

Multum beneficiorum eis attribuens.

Plin. Paneg.

Vndè populis locupletandis *una ratio est, BONVS PRINCEPS.*

Ibid.

Tene Proregum optime hunc cursum, & probabitur experimento, sitne feracius, & uberius non ad laudem modò, sed ad pecuniam Principi;

Capitol. M. Anto. Philolop.
c. 17.

Si hac ingenti moderatione, ac benignitate tractentur, quàm si extrà ordinem eis aliqua tributa imprentur.

Tacit. j. Annal.

IPSIS denique Populorum creditoribus vtilissimum fuit, ad hoc pretium redditus annuos minui, quia illos intolerabilis censuum redimibilium exanimauerat moles. Quare ob magnitudinem aris alieni non soluendo factos, frustra creditores insectabantur.

Nicet. Chonlat. lib. 2. de
de Imperio Andronici Cō-
neal.

At nunc tot tantisque beneficijs, & recreati, & subleuati, & ex pauperibus diuites facti, omnibus soluendo sunt, & breui tempore pleraque urbes, & oppida, & vitam, & pristinas opes receperunt.

Flor. lib. 1. in princ.

Quare sub tali Proregè, prater spem omnium, senectus Regni

gni, quasi reddita iuuentute, reuirescit.

Nec reuirescit solum, sed etiam floret.

Vt possit iure canere.

———— Sub quo senium omne renascens
Deposui, vidiq; meam flauescere rursus
Canitiem. nam cum mortalia cuncta vetustas
Imminuat, mihi longa dies alium parit æuum.

Et ver illud quondam vigentis ætatis.

ALIO me vocat numerosa gloria tua. aliò autem? quasi verò iam satis veneratus, miratusq; sim, quòd tam suauissimis remedijs non solum iustos redditus, & necessarias erogationes

Per omnia pariasti;

Verum etiam effecisti, ut superesset, quæ in Ærario poneretur.

Id sanè tam salutare Reip. quàm tibi magnificum, à nullo nisi à te perfici poterat; qui vigore animi, & magnitudine cogitationum omnes antecellis.

Magnæ rei consilium suscepisti, nam summa Ærarij, Fisci, inopia impendebat: de qua testificatus es initio statim Præfecturæ, & professus sexagies HS. annum opus esse, ut Respublica stare posset.

Sed pro tua mirabili prudentia prius maturè considerasti, an quæstus, & exactiones tot impendijs, tot erogationibus sufficerent. Nam omnes, qui magnarum rerum consilia suscipiunt, estimare debent, an quod incohatur, Reip. utile, ipsis gloriosum, aut promptum effectu, aut certè non arduum sit.

Simulque prudentes, & acerrimos viros in experimentum rogabas, fieri ne posset, quod ipse mente conceperas?

Et scrupulosè computando & verè, docuisti non sufficere solum, verum etiam exuberare exactionum calculum (consideratis simul erroribus Rationalium summarum) impensis Militum, Magistratuum, & Creditorum, qui à Fisco annuos

Q red-

Curt. lib. 10.

Pruden. lib. 2. contra Symmach.

Symmach. lib. 10. ep. 22.

Plin. Paneg.

Idem lib. 10. ep. 33.

Tertull. 4. aduer. Marc. c. 29
& de Resu. car. c. 6. & 13. &
de Car. Chris. c. 6.
Aemil. Prob.

Tacit. 2. Histor.

Velle. c. 2. c. 44.

Suet. Vesp. c. 16.

Plin. Paneg.

Tacit. 2. Histor.

Flor. 1. c. 5.

Ammia. lib. 17. c. 5.

Notitia Imp. Orient.

* Conuenit Noua Ref. p. 1.
Siendo comun opinion que
faltaba por esto superan-
do al intereyo al tiempo de
nuestra llegada VN MI-
LLON, Y SEYS CIE-
TOS MIL DVCADOS
AL AÑO.

Conuenit Noua Ref. p. 5.
Que si ellos fueran desin-
ganados della verdad, de
q el debito en mucha parte
no era tanto, &c. & p. 1. Se
aueriguo q los yerros anssi
en el intereyo, como en el
enito ymporta al año ocho
cientos setenta y quatro mil
seys cientos y veynte ducados.
Es poit. Y luego que
amudamos quel debito era
menor, &c.

Stabo.lib. 17. Geograph.

reditus emerant, si diligentia, & ordine administrentur:

Falsamque communem opinionem, qua credebatur,
necessarias erogationes iustos reditus anteire.

Velle. 1. c. 79.

Ideò consultis facta coniungens,

Ibid. c. 29. 1.

Magnificè conata exccutus es.

Tacit. 15. Annal.

Quare discant omnes, credantque experimento, tuo
labore, tua vigilantia effectum, quod fieri posse negabant,
verissimumque esse multa experiendo consieri, quae seignibus ar-
dua videantur.

Pacat. Paneg. Theod.

Angustè fortunam tuam, & excellentissimum ingenium
expendit, quisquis id de te tantum quod fieri potest, credit.

Pariationem Sczuola ap-
pellat in l. ult. §. item quz-
sum D. de condi. indeb.
eam scripturam, qua ratio-
nibus redditibus satisfactum
esse creditoribus, aut do-
mino apparuit. Anto. Augu-
stinus 4. Emendat. c. 12.
L. 4. C. de iud.
Not. Imp. Orien.
Tacit. 3. Annal.

QVO magis egregia ista quaestus, & erogationum
PARIATIO omnibus innotesceret: *instrumenta emptionum*
redituum fiscalium edere iussisti, ex quibus omnes ferè
Rationalium summa rei errores ipse etiam vidisti, ac velut de-
prehendisti: simulque cognouisti exactiones annuorum
redituum, quamvis modicae, aut minimae summae, super
diuersis, & disiunctissimis oppidis assignatas, damnum
intolerabile, inexplicabilem confusionem, graues expen-
sas, & magnas acerbitates miseris paganis adducere: nam
vnusquisque creditor (quem ASSIGNATARIUM vocant)
propria auctoritate quotannis sex exactores mittere, diu-
tina licentia, & iniuria, quasi iure, & aequo nitebatur. Vnde
cum plures essent assignati, saepe contingebat, viginti, aut
triginta *Lauerniones* — in vnum oppidum concurrere, — Ut
non tam exactio, quam praeda esse videretur. Hoc maxime Re-
gnum attriuit, & in tam miserabilem statum redegit, ni-
hil curantibus creditoribus, nam postquam cuncta vastanti-
bus defuere oppida, alia denuò per varias artes sibi assignari
obtenebant.

Idem 14. Annal.

Fest. in ea diuisione.
L. 57. §. ult. D. de Rit. nupt.
Cassiod. 5. Var. ep. 39.

Tacit. in Agrip.

Flor. 4. c. 3.

Gratulandum tamen in tanta perturbatione est, quod potissi-
mum ad te summa haec Praefectura redijt: qui sapientia tua,
atque solertia, perculsum undique, ac perturbatum ordinasti
Regni corpus, quod ita, haud dubie nunquam coire, & consentire
potuisset,

Noua Ref. p. 4. lin. 23. T por
quel dicho ygualamiento, y
auanzo se viesse, y tocasse
con experiencia, mandamos
que presentassen todos los
Assignatarios sus recados,
y escrituras, para que insti-
ficasen sus creditos, &c. &
põtea lin. 29. Y acudiendo
todos se ha verificado la
mayor parte de los yerros
incluydos en los ocho cien-
tos setenta y quatro mil
seys cientos y veynte ducados
al año. Y se halla que
la mayor parte de los di-
chos Assignatarios estauan
diuididos por todo el Reyno
en pequeñas sumas en
diferentes Tierras, por go-
zar de una facultad, que
se les daua de poder ym-
biar à cada una dellas de
propia autoridad seys Co-
missarios al año à costa, y
daño de los pueblos, y co-
salaris. Y como estauan di-
uididos en pequeñas parti-
das se han hallado algunas
veces en una propia Tier-
ra VEYNTE, Y TREYN-
TA COMISSARIOS EN
TOS EN VN DIA, Y EN-
TRE ELLOS VNO POR
VNA CREEDOR DE
DOS REALES. De
lo qual ha resultado la de-
struccion, y impotencia de
muchas Tierras, no curan-
dose dello los dichos As-
signatarios, porque estauan
en posesion, de que quando
dejanan una Tierra de-
struyda, les era licito pedir
otra, y se les otorgaba, tan-
to por el uso, que teniam,
como por las negociaciones
que hacian. Cõ el qual esty-
lo han reducido la mayor
parte del Reyno à un esty-
do miserable, &c.

potuisset, nisi talis Præsidis nutu, quasi anima, & mente regeretur.

Magnificum Excell.^{me} Princeps, & tuum disiunctissimas assignationes munificentiae ingenio admouere, innumera-
rabiles expensas hac seueritate contrahere, intercedere
damnis, ocursare iniurijs: & crebras exactiões ab avaris
assignatarijs obnoxios populos veluti panem deuorantibus reper-
tis, & quotannis quasi debitum efflagitatas, ad certum numerum
reuocare.

Plin. Paneg.

Nicet. Choniat. lib. 2. de
Imper. Andron. Comment.

Nota Resp. 4. lin. 50. Por lo
qual ordenamos, que en la
dicha situacion nueva, que
se hacia de todos los As-
signatarios de cada prouin-
cia, diuididos en diuersas
Tierras, se uniesen en una,
etc. & p. 5. lin. 3. Y los par-
ticulares viendo juntos sus
creditos, y con poca esperā-
ga de pajar se de una par-
te a otra, como se solia ha-
zer, les conuendra conser-
uar, y ayudar a los que-
brados, etc.

Igitur dispersas * per totum Regnum assignationes iō-
cialisti, atque in vnum collegisti. In quo sanè primùm ipsa
pulchritudo iungendi tam sparsas, ac distantes exactio-
nes, emicat; & in tanta diuersitate, & confusione mirabilis
equalitatis ratio seruata. Enimuerò qua benignitate distribu-
tum est? quantæ curæ tibi fuit, ne quis in assignatione
grauaretur: deindè vtilitas tùm emptorum, qui non, vt an-
tè diuisa in summas modicas, sed in vnum collecta debita
exigere gaudent. læti ergò habemus nunc fiscales redi-
tus, cupidè emimus; nemo iam eos abruptos, ac velut
truncatos, amputatosque parui habet: tùm Prouincia-
rum, quibus remoto pestilenti * exactorum numero in
posterū, & iniuriarum metum, & accusandi necessitatem remisisti.

Plin. Paneg.

Ibid. 67

Tacit. 3. Annal.

HORVM rapinæ quamuis grauissima, dissimulata ple-
rumq; occultabantur.

Et si quando antè viri strenui Proreges consilium super
huiuscemodi fraudibus habuissent; nescio an suaserint om-
nes, ommittere potiùs praua lida, & adulta vitia, nam

Ibid.

----- Iam firmauerat annis
Crimen, & in legem rapicndi verterat vsum:

Claud. de Iand. Stilich. Pa-
neg. 2.

Quàm hoc assequi, vt palàm fieret, quibus flagitijs impares
essent.

Tacit. 3. Annal.

Indecorum enim est adtrectare, quod non obtineretur.

Ibid.

Sed illi quidem officio functi sunt -- integrumq; id negotium ad
te distulerunt:

Ibid.

Quia

* Sic passim in iure appel-
lantur, & extat Tit. C. de
Exat. tribus. lib. 10. l. 1. Fir-
mic. lib. 3. Mathes. c. 13. Fa-
ciat Imp. exactores, & qui
annuas fiscalium presta-
tiones repetas, & lib. 4. c. 3.
Hinc enim, aut fiscalium
prestationum exactores hi
erant ex scrinijs Comitiss
Largitionum, Guido Pan-
cirol. ad Nouit. Origen. c. 86.
Hinc emendanda est l. 5. C.
Theod. de Censoribus. vbi
legitur corrupte, Sirennus
exactor incumbas, alij re-
ponitur Exceptor, sed melius,
Exactor.

Ibid.

Quia tantam industriam, ac seueritatem pollicebaris, ut solus ire obuiam queas.

Cassiod. 5. Var. epist. 14.

Hoc quidem per plurimos desiderauimus corrigi, sed haecenus in tuam laudem uidetur potuisse differri: quatenus fides haberetur acceptior. Quando post multos neglectum, studium tuum efficacissime comprobatur.

Tacit. 3. Annal.

Sed saepe apud te pensitato, an coërceri tam profusa cupidines possent,

Idem 3. Annal.

Cogitabas, an nouas leges proferres, sed nihil aequè cauebatur, quam ne leges nouis fraudibus eluderent.

D. Laurent. Episc. Mediol. apud Policr. lib. 6. c. 1.

Nam isti quicquid faciunt, legem putant; lex furem deterret ab illicitis; isti ad iniquum malitiae suae compendium legem trahunt.

Tacit. 6. Annal.

Vndè licet multis legibus toties repressi, miras per artes rursus oriebantur,

Plin. Paneg.

Et mille paenarum indagine inclusi, erumpunt.

Ibid.

Nec mihi Vespasiani remedium (quamuis receptissimum) placet, ut si creptum alienas pecunias iuerunt, perdant quas habent.

Suet. Vespas. c. 16. Eum tamen excusat Aure. Victor. de Caesar. cap. 9. & in Epit. c. item 9. transcripsit Paul. Diac. 9. Histor. Misce. c. 3. Simile de Emanuele Comneno refert Nicet. Choniast. lib. 7. acerbissimos exaethores quosque designabat.

Nam constat pecuniae auidissimum Principem procuratorem rapacissimum quemq, ad ampliora officia ex industria solitum promouere, quò locupletiores mox condemnaret: quibus quidem vulgò pro spongijs dicebatur uti; quòd quasi, & siccos maderaceret, & exprimeret humentes.

Tacit. in Agric.

Melius, & sanctius laudatissimi Iulij Agricolae institutum, praeficere officijs, & administrationibus potius non peccaturos, quam damnare cum peccassent.

Cassiod. 5. Var. epist. 39. & ep. 14. in fin.

Tacit. 6. & 11. Annal.

Tu verò, ut totius fraudis abrogetur occasio, & semen -- quoniam modo -- obuiam fraudibus ires -- anxius, mitem & recens repertam quandam ex seueritate prisca rationem adhibuisti, imensum eorum numerum recidendo, & ad tam pauciores reducendo, ut unus tantum ab omnibus Assignatarijs quotannis tribus pensionibus in singula oppida mittatur. & vetando

Anast. in l. Græca. vlt. C. de Exat. trib. lib. 10.

Viñ. in Epit. c. 43. de Pompeia Plotina Traiani vxore: cuius procuratoris, cum prouincias calumnia agitarent, adeo ut unus ex his diceretur locupletissimum quemque ita conuenire. Quare habes? alter, Vnde habes? tertius, pone quod habes: illa coniungem corripuit: atque increpans, quòd laudis esset incuriosus; saltem reddidit, ut posset exactiones improbare, & detestari: fisci lienem vocaret, quòd eo crescentes arsus reliqui subessent.

Noua Ref. p. 5. lin. 8. Hanc mos ordenado con la vltima Preumatica hecha à 27. de Hebrero de este presente año, que no pueda yr a ninguna Tierra por todos los Assignatarios que oy son, y en adelante fueren, mas que un Comissario ires y ezes al año; con que queda assignado, para que en lo vendiero no sueda semeante daño, & post lin. 13. Que no se despache Promission ninguna de passage de una en otra Tierra, sin expressa ordenacion suya.

vetando ne in posterum de vno oppido in aliud assignationis translatio fieret. in quo sanè ingenti beneficentia securitati prouinciarum, *ultioniq̃ prospexisti.*

Plin. Paneg. similiter in Tacito 13. Annal. *Fatum, & Sc. ultioni iuncta, & securitati.*

Nam *malus pupillus est Imperator*, aut eius Præfectus, qui ex visceribus prouincialium homines nō necessarios, nec Reip. utiles pasceret.

Lamprid. Alex. Seue. c. 15.

Quamobrem affirmare ausim subleuandi Regni summam, & velut compendium, substulisse exactores, quibus hoc vnico tantum remedio occurri potuit.

Nam Tiberij temporibus *Achaiam, ac Macedoniam* onera deprecantes, hoc solo refotas constat: dū lenari in presens Proconsulari imperio, tradiq̃ Cæsari placuit. quia Publicani tunc pro veteri more, in populi prouincijs fuerunt, & cum ijs rapina: in Cæsaris verò remoti. sic harum conditio melior, persiorq̃ erat, sufficiensq̃ue ad veram exonerationem, ac subleuationem.

Tacit. 1. Annal.

Lip. lib. 2. de Magnit. Rom. c. 2.

Idem in Excurs. ad 1. Annal. Tacit. lib. M.

Ex quo intelligi potest, quantæ benignitatis, quāti spiritus fuerit,

Plin. Paneg.

Quamque profuerit anhelantibus extrema penuria, Campanis, exactorum remissio.

Ammia. lib. 16. c. 8.

Excidisti intestinum malum, & prouida seueritate cauisti, ne fundatum legibus Regnum, euersum legibus videretur.

Plin. Paneg.

MEMORIÆ proditum est Tectosages ab HENRICO II. Galliae Rege in comitijs deprecatos esse, vt istos Ciuitatum expilatores ab ea Prouincia amoueret, grauioribus expensis parceret, nam miseri vexationes *quotidiè emebant, quotidiè pascebant,*

Ioannes Bodinus lib. 6. de Rep. c. 2. ad fi.

Tacit. in Agric. Ammia. lib. 22. c. 23. in fi. *Vt plerique seruis emercentur mole. Nunc presijs clandestinis.*

Crudelitatem pretio mitigantes,

Mamer. Paneg. Iul.

Quorum superbiam frustra per obsequium, & modestiam effugeris.

Tacit. in Agric.

Desiderantes sine aliqua imminutione publicæ utilitatis, inferre se debere eius Arcarijs debitam functionē, & in eam Regni partem, quam ipse Rex designaret, suis sumptibus delaturos:

Calliod. 12. Var. ep. 8.

R fed

sed licet iustam, æquamque rem flagitarent, nunquam impetrarunt,

Bodin. 6. de Rep. c. 2. in fi.

Non quia Henrico Regi, Principi optimo, sed aulicis assentatoribus, ac Tribunis Aerarij displicuit, quod intelligerent sine Quaestoribus, & Publicanis vectigalia frustra imperari, quæ imperata exigere non possent, & in arbitrio populi futurum tributa penderent nec ne.

Cassiod. 12. Var. ep. 8.

Quod illi, qui nullorum damnis studere cognoscunt, dummodò Fisco competentia rationabili satisfactione solvantur, libenter annuere debent. Quia hoc est bona desideria suspendere, quod illicita perpetrare. -- & quia illa magis debent eligi, quæ sine suspitione damni libenti animo probantur offerri.

Ibid.

Novum enim genus videtur esse compendij, postulantes acquirere, & prestantes nulla damna sentire. Nam sic accipitur ab uno, ut perire non possit ab altero: donatur sine dispendio: ceditur sine imminutione, & nomen habet munificentiae, quod iura domini nescit exire.

Plin. Paneg. & repetit. ibi, hoc maximè præstitisti, ne rogarent. Suet. Tit. c. 8. Nec à se peti passus est.

Tu ne rogari quidem sustinuisti,

Lat. Pacat. Paneg. Theod. Cassiod. 5. Var. ep. 15. Dulciora sunt beneficia, quæ nullis difficultatibus obtinentur.

Nec vota hominum fatigasti, nec adhibuisti muneribus artem difficultatis:

Pacat. Paneg. Theod.

Sed ultro denunciaſti præſtanda, & absque cunctatione remisisti quæ læpè negauerunt Reges.

Cassiod. 3. Var. ep. 42. & lib. 5. epist. 40. Quamvis ultra desideria supplicij frequenter nos præstitisse beneficia, gaudeamus, & quod est difficillimum, humana ambitionis interdum vota superemus: hac tamen libentius amplectimur, quæ nos merito fecisse gloriamur. Symmach. 10. epist. 48. Qui vota omnium beneficijs præmentis. Paneg. Flavian.

Non occurritur sub Principe benigno, remedia postulare subiectos. Quoniam supplicationem præcedit humanitas: & miro modo posteriora sunt vota, quàm præſtita.

Hæc sunt vera beneficia, quæ non precibus efflagitata, sed ex voluntaria tua benignitate proueniunt, & citrà ullam petendi molestiam, adipiscendi voluptatem dederunt.

Mamert. Paneg. Iul. & plura hauries ex fonte Senec. lib. 2. de benef. a princ.

Nam (ut ex animi mei sententia loquar) maximo vendit beneficium, qui preces accipit.

Cassiod. 12. Var. ep. 8.

Grata enim tibi est sine instantia compulsoris exactio, & hoc deuotum facere, quod vix poterat coactus implere.

Atque

Atq; sæpè dicebas, *utinam possessor Ultroneus, & nobis necessitatem morarum tolleret, & sibi damna competentibus illationibus abrogaret. Ipse enim imminuentem necessarium facit, qui sollemnia præbere distulerit.*

Ibid.

Conuenit cum Noua Ref. p. 4. lin. 52. *T a los Varones que poseyan rentas dimidiadas en todo el Reyno, se les assignasen en las suyas propias, con lo qual vienen los Assignatarios, y las Tieras a recibir un beneficio quiniensal, con muchas comodidades que los Varones hazen a sus vassallos, por no perderlos, &c.*

IN eodem genere ponendum est, quòd Baronibus redditus fiscales habentibus in proprijs oppidis assignasti, vt hac vna via vtrisque benè consuleres. non enim sufficit tibi innumerabiles commoditates cumulasse,

Plin. Paneg.

Humanum curare genus, quis terminus unquam Præscripsit? nullas recipit prudentia metas.

Clau. Paneg. Manl. Theod.

In quo non minus populis, quàm dominis præstitisti. nam his redditus proprios, securos, & melioris conditionis fecisti, propriaque auctoritate è subditis exigere permisti, quòd antè à *susceptoribus* extorquendum, vel potiùs mercede redimendum erat: qui sanè *acquirenda pecunie breuius iter credentes, per procuraciones administrandis Principis negotijs*, vt in auctione, cui plus offerret * *gratificare*, ceteris exclusis consueuere. Vndè nunc maximè Barones vtile dominium, veramque proprietatem accepisse videntur.

Tacit. 16. Annal.

L. 24. D. que in fraud. cred.

* Conuenit Noua Ref. p. 7. lin. 32. *Arrendadores, que interpoladamente, y no desino pagauan a los Assignatarios, que querian, de que ha resultado mucho daño al credito de la Corte, y a las partes, &c.*

Illis verò ab iniurijs exactorum liberatis, proprijs dominis tradidisti, qui multa eis remittunt, exactiones temperant, laborantes adiuuant: quia suos locupletari, felicesque facere expedit.

Magnum, & *inenarrabile munus est, deferre quod negabatur, atq; id præstare cunctis, quod sæpè singuli non impetrassent;*

Martial. lib. 3. epig. 10.

Plin. Paneg.

Nam priores Proreges à singulis rogari gestiebant, non tam præstandi animo, quàm negandi:

Ibid.

Postremò ipsum sibi eripere tot beneficiorum occasiones, tam numerosam obligandi, imputandiq; materiam.

Ibid.

Ità C. Iulius Cæsar à victo Pompeio, cum Asiam obiter lustraret, Publicanos, qui acerbissimi in Asiaticos fuerant, remouit:

Dio lib. 41. Appian. 5. Bel. ciuil. Cumque Publicanis, plus a quo potentes emint, vos afficerent.

Ac permisit ipsis Asiaticis tributorum exactiorem ab agricolis.

Ibid.

Sic

Marcial. 3. pig. 30.

*Sic noua dum condis, reuocas, (Tu Petre) priora:
Debentur quæ sunt, quæque fuere tibi.*

Plin. Paneg.

PERCREBVERAT antiquitus onerosum esse succedere
bono Principi. Vndè noster Hilpanus poëta

Mart. 12. epig. 100.

*Non ignorat, onus quod sit succedere Macro.
Qui sua metitur pondera, ferre potest.*

Plin. Paneg.

Nec verò ego in laudibus tuis ponam, quòd

Ibid.

Onerasti futuros Proreges

Tacit. Agric. vbi de Petilio Ceriali.

Et successorum curam, famamq; obruisti:

Plin. Paneg.

*Quis enim curæ tuæ molem spontè subeat? quis comparari tibi
non reformidet?*

Tacit. 1. Histor.
* Idem inter laudes Agric.
Tradiderat interm. Agric.
successori suo prouinciam
quietam suamque. & 4.
Hist. in fi. An presenti sibi
exercitum imperiique tra-
diturus foret. Est elegans
huius verbi tradere signifi-
catio, cum alterius fidei
aliquid committimus, vt no-
tarunt Interpretes ad illud
Virgilij Eglog. 3.

Nuper mihi tradidit Agric.
Et God. Steuuechius ad
lib. 2. Veget. de Re milit. c.
9. in fin. Plura Thesau. Lat.
ling. verbo trado.
Sueton. in Tibe. c. 16. & in
Aug. c. 28.
Tacit. 4. Histor. in fi.

Tacit. 15. Annal. simile in
Caftiod. 9. Var. ep. 19. Lau-
dabilem iustitiam causas
plerumque praebe-
re vitæ
perabilis excessus alienus, &
miro modo momenta iusti-
tia de iniquitatis occasione
nascentur. Islet enim aequi-
tas, si culpa non vociferetur
admissa: & feriatum quie-
scit Principis ingenium, quod
non fueris aliqua querela
pronocatum.

Tacit. 15. Annal.

Ibid.

Sed potius laudem tuam in eo constituam, quòd tuo
labore, tua prouidentia, ac industria, & illos exonerasti, vt
vaticinari fas sit, alieno imperio felices futuros; & Regni huius
regimen antè arduum, difficultatibus plenum, cõfusione,
turbidum, incuria deformatum; in tam meliorem for-
mam redeigisti, & tam salutaribus constitutionibus fun-
dasti, multa pariter, ac magnifica excogitando, vt iam fa-
cilè, amcenum, expeditum, curis, ac vigilijs vindicatum,
successoribus trades.*

Laboris tamen, ac persuerantiæ fructum percipies, quòd
inter omneis constat, sequentes Proreges tuæ gloriæ interuen-
turos.

VSV probatum est, leges egregias, exempla honesta, apud bo-
nos ex delictis aliorum gigni; sic Exactorum licentia, & aua-
ritia veram omnium subleuationem: Rationalium summe
rei prauus, ac confusus ordo, & Numerariorum pudendi
errores, noua, & vtilissima ordinamenta: populorum mi-
seriæ, tam sancta scita, pepererunt.

Nam culpa, quàm pœna tempore prior, emendari, quàm pecca-
re postèrius est.

Plin. Paneg.

*Si tamen hæc sola erat ratio, quæ te publicæ salutis guber-
naculis*

maculis admoueret: propè est ut exclamem, TANTI FVISSE.

Corruptus est Rationum accipiendarum stylus, ut tu cor- rector, emendatorq; contingeres. Inductum pessimum exemplum, ut optimum opponeretur.

Si enim omnia in recta forma fuissent, nec nostra fortuna, nec tua gloria inclaruisset.

Ergò aduersus inueteratum, & confusum Camera Rationariæ, seu Summariæ (sic enim vulgò loquuntur) ordinem, dignum prudentia, labore, constantiaque tua cepisti consiliū, quo & Fisco, & oppidis rationem constare fecisti.

*Olim quidem Regij patrimonij * librum in hunc modum conficiebant, ut quæstuum, tributorum, aut vectigalium, non haberetur ratio seorsum, ab erogationibus, necessitatibus, ac largitionibus: nec distinctè indicabatur, quantum vnumquodque vectigal rederet, nec prouentus pecunieque, quæ per singulas Prouincias, aut oppida capiuntur. Solùm venditiones, aut alienationes reddituum fiscalium à Proregibus factas adnotabant. Ut iure optimo non patrimonij, sed contrà patrimonium indicem vocare possis. Vndè cùm publicanorum, susceptorum, aut oppidorum rationes accipiebant, ut sciretur, an reliquatores, an creditores remansissent; nullum publicum documentum in eo, nulla notitia inueniebatur: quare opus erat ad priuatas rationes à prioribus conductoribus, vel ab ipsis oppidis editas recurrere.*

Rursus cùm oppida in vnamquamque publicam necessitatem diuifim conferrent; Ratio cuiusque separatim ponebatur, ità ut tredecim, aut quatuordecim Rationes oppidatini quotannis conficerent. Vndè in immensum numerum earum creuit, cùm XXX. Rationum M. quotannis excutere, ac examinare deberent.

Sic magnus erat Numerariorum labor, nec poterant tanto oneri sufficere. ex quo illorum errores, & populorum confusio, ac graues expensæ oriebantur.

S

Igitur

* Conuenit Noua Ref. p. 5. lin. 35. El libro que en este Tribunal se llamaua del Patrimonio, sinuendo los efectos contrarios; pues solamente era libro de los cargos, de las ventas, y enagenaciones de rentas que hacian los Reyes, y Arreyes sobre el patrimonio, donde se notaban confusamente, sinque de los cuerpos de las rentas Reales, ni cosas tocantes al beneficio del Regio patrimonio, hauiesse libro, ni quentas armadas. Y quando querian tomar la quenta de Ministros pecuniarios Perceptores, o Arrendadores en este Tribunal, en lugar de comprobar el introyo con el libro del Patrimonio, o quenta armada con ellos, o con cada Terra, o Arrendamiento, no la sinuendo, tomanan las antecedentes, que hauian presentado las partes, que ellancomprobadas co el Cédulario en algunas partidas, y por ellas iban liqui dando por cada Tierra 13. 14 y 15. quentas, y otros tantos pagamentos, que hacian por diuersas impeciones y causas, c. c. & postea, La multitud de quentas, que por este estio antiguo se auian de liquidar en este Tribunal, que venian à importar al año cerca de TREYNTA MIL QUENTAS de Tierras del Reyno solamente, y siendo imposible, quedauan muchos años atrasadas, de lo qual nascian los errores, &c.

Tacit. 12. Annal. sic etiam apud Poll. in Claud. c. 6. ubi Claudij Gloria accipietur.

Tacit. 1. Annal. Plin. 1. ep. 9 & in Paneg. Trebe. Poll. de Tyran. c. 11. l. penul. D. de Re mili. l. 1. D. de Obseq. parent.

L. 4. D. de Pecul.

Appian. in Prefat. Histor. ad h.

Ità loquuntur Sene. ep. 101. Quintil. declamat. 273. & sepe Iurifconf. L. 4. D. de Eden.

Plin. 10. ep. 29. l. 50. D. de Condit. & Demonit. & sepe apud I. C.

Guido Pancir. ad Notit. Orient. c. 15. per l. 1. & in Serin. oper. C. de Offic. Praef. Praef. Afri.

Tacit. 4. Annal.

Igitur *medendum* erat aliquo decreto, aut lege, & quadam ex horrida illa antiquitate, ad *presentem usum* flectere.

Idem 14. Sed contra C. Cas
sij sententiam.

Nec enim semper verum est, super omnibus negotijs melius, atque rectius olim prouisum; & quæ conuertuntur in deterius mutari.

Idem 4. Hist.

Cùm constet multa incommoda, & Fisco, & priuatis euenisse, cur antiquitus instituta exolescerent.

Senec. 1. de Clem. c. 3.

Sed tantò magis prædicanda hæc tua cura, quòd excubans pro salute singulorum, atque vniuersorum quotidie,

Tacit. 12. Annal.

Morem accommodas, prout conducere omnibus arbitraris.

Idem in Agric. Lamprid.
Commod. c. 19. in fi.
Idem Alex. Seue. c. 21.

EGO tamen magnam, & inusitatam vigilantiam tuam diligenter considerans, nihil magis admiror, ac stupeo; quàm quòd exactè omnia scis, omnia emendas, in promptu habes, confectaris, aduertis, ut sis ad omnia instructissimus. maiorque tibi sit Regij patrimonij notitia, quàm ipsis Rationalibus, & Numerarijs. Quare sicut Hadrianus Imp. omnes publicas rationes ità complexus es, ut domum priuatam quisuis pater familias diligens non satis nouit.

Spartian. in Hadria. c. 20.
similis locus in Aur. Viç.
Epit. c. 15. de Anro. Pio. Quæ
(acta publica) incredibili
diligentia ad speciem optio
nis patrie familias exequu
batur.Flor. 1. Epit. Rer. Rom. c. 6.
transcript. Iordanes de
Regnor. success. c. 14.

Ibid.

Sed quantò tu laudabilior, qui simplici eius cognitioni, & illud Seruij Tullij Regis infigne, & memorandum adiecisti. namque summa solertia omnia patrimonij Regij, amplissimæ huius Ciuitatis, oppidorum, ac totius Regni ordinasti, ac si maxima Ciuitas, maximum Regnum, minima domus diligentia contineretur.

Vndè in te simul inuenimus, ac veneramur, quæ diuisa, & separata, & Imperatorem, & Regem memoriæ æternæ consecrarunt.

Varro. 5. de Ling. Lat.
Gel. 6. Noct. Artuc. c. 5.

Hoc magis arduum, magisque confusione impeditum perfecisti: Rationes putasti — *vacantia*, ac non necessaria, aut etiam obstantia, & aliena auferendo, & excidendo; & quod esse utile, ac sine vitio videretur, relinquendo.

LI-

* Conuenit Noua Ref. p.6. lib.5. Y para remediarlo en lo venidero, se os ordeno en el dicho villeso, que se formasse un libro del Patrimonio en dose volumenes, de cada vna de las dose Prouincias deste Reyno, do se armasse quenta Tierra por Tierra, y en cada vna se pusiese en el debito, todo lo que rentaua a su Magestad y por que imposiciones, y causas, y se jalsiese despues con una suma sola de todas ellas: y quando se tomasse quenta al Ministro de aquella Prouincia fuesse una sola quenta por cada Tierra, suma, y pagamieto: con que se venia a quitar la molestia de las, facilitar la escritura, y de la gramar a los pobres villaños, que no sabian, ni podian tener tantas quantas separadas, &c. & postea, se han venido a resumir de las MIL NOUE CIENTAS, Y SETS TIERRAS, en que conste el Reyno, A QUINIENTAS SESENTA Y DOS, de que se han de liquidar solamente otras tantas quantas, dode antes solian ser TREYNTA MIL.

* Noua Ref. p.6. lin. 15. Mandamos a pagar las Tierras, que quedan libres, en beneficio de la Regia Corte, de las que quedaban asiguadas a los Angustarios. Y hanido tomado las mayores, se ha venido a resumir de las MIL NOUE CIENTAS, Y SETS TIERRAS, en que conste el Reyno, A QUINIENTAS SESENTA Y DOS, &c. & postea. De las quales se han aplicado cerca de la mitad, q son las pequenas, a las imposiciones extraordinarias del Reyno, y visten a quedar basta TREYNTA las mayores, y mejores para la Corte.

* D. p.6. lin. 14. Y porque en el tomar las quantas aua tambien otra confusio, y era, que se computaua la escritura, y corria la ERA por INDICIONES de 15. & 15. años y despues bulmida, la qual quenta no emendaban muchos plazos, quanto y mas los garraues, de que se seguian plazos, y fraudes de mas de ser cotraras a lo que se platica en otros Reynos: y para quitar esto, y conformar con la comun se ordeno con la Prematica, que se computase de primero de Enero por todo Diciembre, &c.

LIBRVM * Regij patrimonij in duodecim volumina, per totidem Regni Prouincias, diuidi, salutari, & utilissimo instituto iussisti. Vbi oppidatim ratio quæstus iniretur, quantum quotannis redat, ex quibus exactionibus, aut causis. Huic vna tantum summa erogationis opponitur. nam cum (vt dixi) exactiones antè diuise, & sparæ, nunc sint *consociatæ*, vnica tantum solutione liberantur, vt tuo singulari, & inaudito beneficio, pro quattuordecim, aut quindecim diuersæ exactionis Rationibus, vnâ solam reddere teneantur. Et Rationales pro XXX. Rationum M. tantum cccclxxii. excutere debeant. Sic & illos à Rationalibus, quos & si bonos, oderat, malumque necessarium vocabat Alexander Seuerus Imp. & istos ab immenso onere, ac incredibili labore liberaisti.

Ex hac mira in disponendis Rationibus norma, *novitate inuenti à te operis commendabili*, quantus concentus utilitatû, & Fisco, & vniuersis contigit? quanta distinctio, claritas, ac facilitas? quantum confusionis sustulit? *vt totius erroris obscuritate deterfa, rationibus publicis veritas elucescat.*

Iam* oppidorum diuisio quàm utilis, quàm laudabilis? Ex quibus Octauiani Augusti exemplo *validiora*, & *quæ ab Assignatarijs haberi, aut regi, nec facile, nec tutum erat, ipse suscepisti*, & Fisco reueruisti; cetera eis magno cum iudicio permisisti.

NEC magnarum rerum cura satiatus, *animum etiam leuissimis aduertis*. & cum inuenires in rationibus conficiendis tempus per antiquum * INDICATIONVM morem computari (quem vel à Constantino post victoriam Maxentij Tyranni, per signum Crucis indicatam, & partam: vel à Theodosio abrogatis explosisque Olympiadibus inuentum, in usu veteres habuerunt) ita, vt earum numerus à *Septembri mense* incipiens, non excederet quindecim annos, sed idem semper reuolueretur, ac circumageret: vt obscurû, & erroribus, ac fraudibus paratum reiiciendum, & ad communem, & omnibus ferè regionibus receptissimam anno-

Marin. Proc. lib. 1. de Subf. tit. de Prouinc. & Cimit. Reg.

Ammia. lib. 25. c. 17. *Consociata suffragia.*

Lamprid. in eius vita c. 46.

Velle. 2. c. 9.

Cassiod. lib. 12. Var. ep. 16. & ante ep. 2.

Suet. in Augu. c. 47. Dio lib. 53. & Strab. lib. 3. Geogr.

Tacit. 13. Annal.

Onephr. Panuin. in Côm. lib. 2. Fast. Consul. anno M. LXIII. Alciat. lib. 8. Parergon. c. 1. D. Couarru. 1. Var. c. 12. à nu. 14.

Georg. Cedren. in Theod. Marcell. in Chroni.

S. Ambros. lib. de Noë. c. 17. & lib. 10. ep. 83. 1. Græca vlt. C. de Anno. & Tribu. lib. 10. 1. 1. C. de Mil. Veste. lib. 12. Nouell. Iust. 128. vbi Cuiat. & in tit. C. de Indict. lib. 10. Calculum Indictionum quomodo ineundum declarant optimè Alciat. d. lib. 8. c. 1. Onephr. d. anno M. LXIII. D. Couar. lib. 1. V. ar. c. 12. nu. 6.

De communi hac annorum
computatione Couar. d. c.
32. nu. 1. & lib. 4. c. 18.

annorum computationem à IESV CHRISTI Natiuitate,
Kalendis tamen Ianuarijs incipientem, reducendum magna
cum omnium vtilitate iudicasti. Sic omnia egregiè cō-
stituiſti, quæ ad perpetuam Rationum conficiendarum
claritatem essent profutura.

Plin. paneg.

QVAM MVLTA dixi de moderatione, ac beneficen-
tia tua in singulas Ciuitates, & oppida, & *quantò plura ad-
huc restant.*

Ibid.

*Nec vereor, ne longior videar, cum sit maximè optandum, ut
ea, pro quibus aguntur Principi gratia, MVLTA SINT.*

Spartia. in Hadria. c. 11.

Omnia tamen excedit, quòd * *reditus provinciales solle-
ter exploras, ut si alicubi quippiam deesset, expleres.*

Capitol. in M. Anto. Philo.
c. 33.

*Oppidis labentibus auxilium fers; & tributa, vel vectigalia
ubi neceſſitas cogebat, remittis.*

Plin. 10. ep. 18.

*Impendia eorum, redditus, debitorcs, rationes ingenti cura
excutis,*

Idem ep. 39.

Nam, & esse eas vexatas satis constat.

Idem epist. 18.

*Multa enim pecunia varijs ex causis à priuatis detinebantur:
pratercà quadam minimè legitimè sumptibus erogabantur.*

Suet. Titus c. 8.

In quo sanè non modo Principis sollicitudinem, sed &
PARENTIS affectum unicum præstitisti.

L. 6. §. 1. D. de Re. diui. §. Vni-
uersitatis Inst. cod. tit. §. Tu-
tores inst. de Tutel. §. Item
tria onera Inst. de Excusat.
tuto. l. 39 §. penul. D. de Li-
ber. cau. l. Lucius 78. §. 1. D.
ad Trebel. & apud Suidam.

Nam sicut Parentes charitate impuls, filijs suis minori-
bus per tutores sibi probatissimos consulere student; ita
tu Excell.^{me} Princeps, & tutores, seu tutores VNIVERSITA-
TIBVS *ad tuendum, ac defendendum*, & curatores ad bono-
rum, & negotiorum administrationem dedisti.

Suet. August. c. 37.

Noua officia excogitasti * CVRATORES VNIVERSITATVM
ex Ducibus, Marchionibus, ac Baronibus creasti.

Suid. in verbo *logista*.

Quos in consilium ascitos arbitros, stimatores, seu censores,

Láprid. in Alex. Sene. c. 33.

Audire negocia,

Plin. 10. ep. 34.

Pecunias reuocare à priuatis, & exigere,

* Conuenit Noua Ref. p. 7.
lin. 40. Y porque tambien
he hallado, que por effylo
tenian esta Real Camara,
nuestro Consejo Colateral,
y algunas vezes por Escri-
torio a cargo, el comar, y
hazer tomar las quitas de
los introyros, y exitos, que
secauan à las finuer-
dades del Reyno, y de apre-
miar à los interesados en
ellas, &c.

* Ibid. lin. 49. Y fido ellas
el principal caudal del Pa-
trimonio, paraque se ayu-
de conſervar en lo veni-
dero, parecio conueniente
en comendar esto à per-
sonas graues, que atien-
dan à ſolo eſto: habemos
creado nuevamente una
Diputacion de Titulados,
y Varones del Reyno, con
un Regente de Cancellar-
ria, paraque tomen los
expedientes que conuen-
gan con conſulta de S. E. asy en
la administracion de las
Gauelas, y ricas de las di-
chas Vniuersidades, como
en el hazer tomar, y liqui-
dar las quantias; declarar
abſolutos, y cõdenar las du-
das; hazer alcances, &c.
& politica. Y dar remedio à
las Tierras, impotentes con
los modos, y maneras, que
conuenia, &c.

Co-

*Cognoscere publico debitores, & reditum, & impendia; rationes accepti, & expensi excutere; vectigalia administrare; afflictas ciuitates, & oppida releuare, totis viribus, omniq[ue] cura in hæc incumbere iussisti. auocata hac cura à Rationalibus summæ rei, ut * leuior labor iudicantibus foret. quia alijs negotijs intenti, ac impediti, hæc omnia exactè, & minutè inspicere non poterant.*

Idem 10. ep. 16.

Paul. Diacon. lib. 10. Hist. Miscel. c. 1.

Suet. Calig. c. 16.

Sic plures facilius munia Reip. sociatis laboribus executuros.

Tacit. 1. Annal.

Nec ordinarijs cognitionibus satiatu[s], etiam his adsides; nam videtur, nihil satis illustre, aut ex dignitate Regni, nisi coram, & sub oculis tuis. Vnde ut Antoninus Pius Imp. Rationes omnium prouincialium apprimè scis, & vectigalium.

Ibid.

Idem 2. Annal.

Capitol. in Ant. Pio c. 9.

Et charitate, ac Reip. cura, censum illarum egisti, & vitam, remq[ue] publicam composuisti.

Dio lib. 53. in 7. Aug. Conf.

SED quamuis uniuerse Reipub. nostræ infatigabilem curam desideres impendere, & Deo fauente, ad statum pristinum studeas cuncta reuocare: tamen Fidelissimæ Neapolitanæ ciuitatis sollicitiora te augmenta constringunt. ubi quicquid decoris impenditur, generalibus gaudijs exhibetur.

Cassiod. 3. Var. ep. 32.

Peruenit itaq[ue] ad tuam conscientiam suggestione multorum tempore priorum Proregum grauitate expensarum suos redditus CCLXXII M. CCCXXXVI I. aureis annuis anteisse.

Ibid.

Et calculo posito anno cl.
LXX. hæc summa
272337.
desiderabatur.

Indè omnes nulla iam cura minuendi eris alieni, quod desperauerant posse persolui, miserum suæ ciuitatis statum deplorabant.

Plin. 9. ep. 37.

Iste tamen animi tui vigor, rerum maximarum capacissimus, remedium statim inuenit.

Sene. de Breui. vitæ c. 18.

Nàm tanta sanè diligentia subiectos tibi populos regis, ut omnia, & omnes quasi tua essent, cures.

Capitol. in Anton. Pio c. 9.

Quorum rationes administras, tam abstinenter, quàm alienas; tam diligenter, quàm tuas; tam religiosè, quàm publicas.

Sene. de Breui. vitæ c. 18. Dio lib. 56. Publicorum bonor[um] tanquam propriarum curâ habuit, utdem uti aliènd[um] abstinent.

Ideò non ex nouis vectigalibus, aut annuorum redi-

T tuum

tuum alienatione, sed ex magnæ tuæ prouidentia salutari-
bus inuentis, reditus eius tam pulchrè, & prudenter fun-
dasti, ut impendia, & exactiones mirè inter se conueniant.

Ut infra latius dicam, ubi
de Aenona Ciuiti.

Siquidem nouum ex panis venditione reditum exco- 90000.
gitasti, quo pretium eius non augetur, sed Ciuitatis cõ-
modis, & vtilitatibus applicaretur.

Reditus verò annuos, quos priuatis ad rationem septem 94000.
pro centum vendiderat, ad sex tantum spontè cedentibus
creditoribus reducendos permiffisti. nam detrimentum
secura, & certa exactione cõpensas, & solutione bimestri,
quæ olim quadrimestris erat, æquasti.

Lib. 1. c. 6

*Cum sensissent ea moueri optimi ciues, offerendum ultrò rati,
quod amissuri erant (non enim soluendo ciuitas erat) ita
gratiam ineunt:*

Idem lib. 2. c. 4

Nulla decreto, nulla lege facta, ut voluntaria collatio, &
certamen adiuuanda Reip. excitaret ad emulandum animum
primum equestris ordinis, dein, reliquæ plebis, reditus suos ex-
templo minuere tanto certamine iniecto obtulerunt, ut pri-
ma inter primos nomina sua uellent in publicis tabulis esse.

Ibid.

Tacit. 14. Annal.

Licet hunc omnium ferè consensum, sequuti nō sint pauci
quidam, bonum publicum suæ ciuitatis, priuatis vtilitatibus
impedientes.

Incrementa locationum quorundam vectigaliū, ve- 18290.
luti illius quintæ, partis octauæ, quàm in euehendo, aut
inuehendo penditur;

Epiph. in Alex. Scut. c. 17.
Vopisc. Aurel. c. 9.

Panis mundi, siuè primarij, aut candidi;	3560.
Panificij extra urbem;	2142.
Carnis, & casei;	1503.
Fructuum;	2800.
Reditus oppidi Mazafra,	3227.
Et locatio Nesidis;	400.
Census, & alij reditus parui:	2862.

Capitol. in Ant. Pio. c. 7.

Salaria multis subtraxit, quos otiosos uidebat accipere, dicens, 2877.
Nihil

Nihil sordidius, immò crudelius, quàm si Rempubicam is arroderet, qui nihil in eam suo labore conferret.

8775!

Viarum vrbinarum, & cloacarum expensæ moderatæ.

230436.

Ex quibus deductis sumptibus anni c. l. x. xv. qui plures fuerūt, quam anni l. x. videlicet,

5375 supersunt

225061:

vt sic hodie

47276 tantum desiderantur.

Quæ omnia efficiunt summam ccxxx M. cccc xxxv i. sic hodie tua cura, tua vigilantia effectum, vt solis xlvii M. cclxxvi. desiderentur, vt reditus, & impendia inter se congruant. quibus ex nouæ, ac purissimæ aquæ fecundissimis venis, quas effossis Vesuuij montis infimis radicibus inuenisti, & ad vertendas frumentarias molas vsque ad ciuitatem perduxisti, satis prouisum esse creditur.

De hoc nouæ aquæ ductu dicam latius infra.

Vndè beneficia prouincijs, & Fidelissimæ ciuitati tribuisti, quæ hæctenus non habebant. Bonum insolitum plus amatur, & sequenti gaudio cōfert dulcedinem temporum præmissa tristitia.

Cassiod. 8. Var. ep. 2.

Ergò Neapolis reualuit ex morbo, cuius remedium tu fuisti.

Symmach. 10. ep. 1.

Nonnè his tot, tantisq; meritis, novos aliquos honores NOVOS TITVLOS, merebare?

Plin. Paneg. & Flor. lib. 3. c. 5. §. 2. Perq; omnia, & decus, & nomen, & titulos Pompeio, sua fortuna quæuebat.

Plin. ibid.

Sed cum iam pridem nouitas omnis adulatione consumpta sit, non alius erga te nouus honor superest, quàm quòd Principi florenti gratia erga Catholicum Regem nostrum, & fortuna, beneque de omnibus merito, nunquam nisi modici honores, sepius nulli decernantur.

Ibid.

Et sanè si velimus cum priorum temporum necessitate certare, vincemur: ingeniosior est enim ad excogitandum simulatio veritate, seruitus libertate, metus amore.

Ibid. & repetit. Multa quidem enegit metus, sed quæ appareant quæstia ab inuictis, aliud sollicitudinis, aliud securitatis ingenium est; alia tristitiam inuenio, alia gaudium mentium simulationes expresserint, etc.

Tacit. 3. Annal.

Quare melius erit, cuncta à maioribus reperta, aut quæ posteris inuenerint, cumulare.

OLIM varia cognomina honori data sunt Imperantibus MAGNOS, & FELICES, & AVGVSTOS dicebant, & ambitiose maiestati, quicquid poterant TITVLORVM congerebant, illis hoc tribuentes.

Sene. v. de Clementia c. 14.

Ut quis amore in eos, aut ingenio validus.

Tac. 2. Annal.

Sed

Scen. 1. de clementia c. 14.

Sed inter omneis enituit celebre illud PATRIS PATRIÆ; ideo indictum, *ut scirent datam sibi potestatem patriam: quæ est temperatissima, liberis consulens, suâq; post illos ponens.*

Plin. Paneg.

Multi tamen hoc nomine abutebantur, aut primo statim principatus die recepto, antequam mererentur.

Auson. de Cæsar. epig. de Nerua.

At tu — Princeps nomine, mente Parens,

Plin. Paneg.

Cum subditis, quasi cum liberis parens, uiuis.

Ibid.

Itaq; soli omnium contigit tibi, ut PATER PATRIÆ esses, antequam fieres.

Sic Vipsianus Consul. Cùm patrem Senatus Claudium Imp. appellandum retulit, apud Tacit. 11. Annal.

Liceat tamen mihi è re ipsa nouum TITVLVM eruere, cœsendiq; facultas detur, ut te PATREM VNIVERSITATVM appellem. quippè promiscuum PATRIS PATRIÆ cognomentum: noua in Rempublicam merita, non VSITATIS VOCABVLIS honoranda.

Claud. de laud. Stilich. Paneg. 3.

Incipiant ipsæ VNIVERSITATES, quæ

In tua centenas optant, præconia Voces,

Nazar. Paneg. Const.

Exprimere, quàm aptè, & appositè hoc tibi cognomen conueniat, quibus propter insequutas incredibilium bonorum commoditates gratissimum est,

Aurel. Vict. in Epit. c. 18. de Pertinace Imp.

Ingeminatis ad Vocis usque defectum plausibus, acclamare, PETRO FERNANDEZ A CASTRO GVBERNANTE, SECVRÆ VIXIMVS: NEMINEM TIMVIMVS. PATRI PIO, PATRI CIVITATVM, PATRI OMNIVM BONORVM.

Lamprid. in Alex. Seue. c. 6.

DEVS TE SERVET, DEVS TE NOBIS DEDIT, DEVS TE CONSERVET.

Ibid. & in Commod. c. 19. Plin. sapè in Paneg.

FELICES NOS IMPERIO TVO, FELICEM REMPVBLICAM.

Lamprid. in Alex. c. 7.

IN TE OMNIA, PER TE OMNIA HABEMVS.

Capitol. in Pertin. c. 9.

Prosequatur DIVES FISCVS; Me obeundis cunctis muneribus parcm fecisti. — & inter tot rerum difficultates, καὶ τοσαύτων πραγμάτων τὸν στρατοῦ μένων. non potuisse quenquam prudentius gerere se, quàm tu gesseris, ideo

Suet. Tib. c. 21.

Vnus

Vnus homo nobis vigilando restituit rem.

Ennius, refertur à Suet. d. r. 21. & à Cice. de Senec. in prin. Vult. Gallic. in Auid. Calfio. c. 13.

PATIENTIÆ TVÆ, labori tuo, DOCTRINÆ TVÆ, NOBILITATI TVÆ, INNOCENTIÆ TVÆ,

PRVDENTIÆ TVÆ, CASTITATI TVÆ.

Lâprid. in Alex. Seue. c. 10.

Deindè Barones, Milites, & omnes PROREGEM TE, AVT QVALIS TV ES, SEMPER OPTAVIMVS. TE RESPVBLICA REQVIREBAT.

Trebell. Poll. in Claud. c. 4.

PER TE SALVA RESP. OMNES TIBI GRATIAS AGIMVS.

Capirol. Maxim. Duo. c. 16.

VIVAS, VALEAS, MVLTIS ANNIS IMPERES.

Lâprid. in Alex. Seue. c. 10.

TV PRIMVS GENERE, NOBILIS SANGVINE, EMENDATVS VITA, DOCTRINA CLARVS, MORIBVS SINGVLARIS, EXEMPLVM ANTIQVITATIS.

Trebell. Poll. in Valeriano c. 1.

Ergò iterùm acclamandũ FELICEM TE IVDICIO PRINCIPVM, FELICEM TE VIRTVTIBVS TVIS. FELICES NOS amore, & beneficijs tuis.

Idem in Claud. c. 17.

Plin. Paneg.

Rogo quantum pretium est clypeus in Curia tantis rebus? quantum una aurea statua? Dicit Ennius de Scipione,

Trebell. Poll. in Claud. c. 7.

*Quantam statuam faciet populus Romanus,
Quantam columnam, quæ res tuas gestas loquatur?*

Possumus dicere Proregem nostrum, unicum in terris Prudentiæ specimen, non columnis, non statuis, sed FAMÆ VIRIBVS adiuuari.

Ibid.

Quod ego TITVLIS OMNIBVS speciosius reor, quandò non tribus, aut saxis nomen tuum, sed monumentis aterna laudis inciditur.

Plin. Paneg.

Seria ergò te carmina, honorq, eternus Annalium, non hec brevis prædicatio colit.

Ibid.

In his vera Principis, & sempiterna gloria, veri honores, in quos nihil flammis, nihil senectuti, nihil successoribus liceat.

Ibid. imitatur Auſt. Paneg. Philip. Nō caducis timentis, aut operosis pyramidibus quas demittitur aſar, obliſſerat obliuio, cōſemnis, aut etiam carpit poſteritas; ſed ſi monumentis in qua ſola nihil liceat, neq; vitis neq; ſubridet, imò qua ipſo auro, quo reliqua cū ſeneſcunt, ac deſcunt, magis, ac magis illuſtrantur, quæque emeneſcunt. Plin. Paneg. Tacit. Agric. ad ſi.

Arcus enim, & statuas, aras etiam templaq, demolitur, & obſcurat obliuio, negligit, carpitq, poſteritas,

Et imagines, quæ marmore, aut ære finguntur.

V

Quia

Ibid.

Et Plin. Paneg. mortales istos
caducosque simulacros appel-
lat.

Quia ut vultus hominum, ita simulacra vultus imbecilla,
ac mortalia sunt, forma mentis aeterna, quam tenere, & exprimere
non per alienam materiam, & artem, sed tuis ipse moribus ef-
fecisti.

Ibid.

Ergo perpetua Principis fama, non imaginibus, & statuis, sed
virtute, ac meritis prorogatur.

Tac. 4. Annal.

Hac tibi in animis nostris templa, haec pulcherrimae effigies, &
mansurae. Nam quae saxo struuntur, si iudicium posterorum in
odium vertit, pro sepulcris spernuntur.

Idem Agric.

*Hinc Claud. Paneg. 3. Stil-
lic. --- Striptius fastidii
inanes,
Inque animis hominum po-
pa maiore triumphat.

Quicquid à te factum prudenter vidimus, quicquid mi-
rati sumus, manet, mansurumque est in animis * hominum, in ater-
nitate temporum, fama rerum.

Tac. 4. Annal.

Et CVM LAVDE, ET BONIS RECORDATIONIBVS facta,
atque famam nominis tui prosequentur.

Cassiod. 11. Var. ep. 38.

*Quatuor Scrinia numerat-
tur in l. 19. C. de Fid. instr.
l. ult. C. de Decur. li. 12. l. 1.
C. de Priuil. eor. qui in sac.
palat. lib. 12. l. 3. C. de Offi.
Quaest. l. 3. 4. & 11. C. de Pro-
xim. Sac. Scri. li. 12. vbi Cu-
iat. Guid. Pancir. ad Notit.
Orien. c. 93. Interdum tria
dumtaxat, Memoriarum Episto-
larum, & libellorum. l. 5. 6.
& 10. eod. l. 1. C. de Priuil.
eor. q. in sac. palat. & No-
titia Scrinium Dispositio-
nū praeferunt, forte quia
eo tempore eius vices Ma-
gister Epistolarum imple-
bat. Guid. Pancir. ad Not.
Orien. c. 97.
Suet. Aug. c. 53. Plin. 10. ep.
96. l. 2. C. de Error. Aduoc.
l. 3. C. de Postul.
Cassiod. 7. form. 9.

MODERATRIX rerum omnium diligenter desideravit
antiquitas, ut quoniam erat plurimis per palatina scrinia consu-
lendum, copia non deesset procurata Imperialium Constitutio-
num, & Epistolarum, † seu Rescriptorum.

Ideò prouidè * quattuor SCRINIIS MEMORIAE, EPITOLA-
RVM, LIBELLORVM, & DISPOSITIONVM, (quibus singulis
suus * † Magister praeerat) miro cum ordine, & summo
studio, adnotationes, pragmaticae sanctiones, rescripta
Principum, vel cognitiones, & preces, seu desideria, ut res
magni momenti reponerentur, & conseruabantur.

O inuenta maiorum ! ò exquisita prudentum !

Humanorum actuum seruare fidele testimonium, praeiteritū
loquax, obliuionis inimicum. Nam memoria nostra, & si causas
retinet, verba commutat. Illic autem securè reponitur, quòd sem-
per equaliter audiat.

Idem 11. ep. 38.

Ibid.

Et defectum inter mortalia nesciens, annua cumulatione sem-
per augefcit, noua iugiter accipiens, & vetusta custodiens.

Deposita scripturarum diligētius, quàm quisuis depo-
sita-

Maecen. Aug. apud Dion.
lib. 52. Statuas tibi nec
aureas, nec argenteas fo-
ri unquam sine, nam non
modo magni sumptibus
haec constans, sed insidens
etiam opportuna, ac parum
diuturna sunt: benefacien-
do alias tibi statuas in ani-
mis hominum, nullis inter-
tus obnoxias, effice. & po-
stea, Omne homines pro-
statuas: quorum in animis
semper cū gloria infidebis.

† Epistolarum Principum eadē
sunt cum literis, & rescrip-
tis. l. 5. 1. D. de iur. immu.
l. 9. § Si quis ius, & §. Et li-
cet D. de iur. & Fact. Ignor.
l. 1. D. de Quaest. l. 14. §. 1. D.
Appell. l. 3. §. 1. D. de Testi.

† * Appellabantur enim
Scriniarum Magistri, Spart.
Aeli. Ver. c. 4. Lapid. Alex.
Seuc. c. 26. sine Scriniarum
Principes, ibid. c. 15. qui-
bus sequētes in gradu Pro-
ximi dicebantur. Tit. C. de
Proxi. Sac. Scrin. lib. 12.
qui in Scrinio Dispositio-
nū, nec Proximus, nec Magi-
ster, sed Comes dicebatur,
l. 2. 10. & vlt. C. Theod. eod.
tit. l. 8. C. iust. eod. vbi Cu-
iat. Gui. Pancir. ad Notit.
Orien. c. 93. & 97. licet ex
l. 14. C. Theod. de Extraord.
muner. constet honore Co-
mis, non tamen Magistrorum,
Memoria praeferi, vel Epi-
stolarum, vel Libellorum. Sed haec
posteriorum Imp. tempori-
bus, quae originem traxisse
videntur ad illis, qui sub
primis Imp. inter officia
domus Augustae dicebatur
simpliciter ad Epistolas, &
Libellos, & Rationibus, ut
ex innumeris antiquis mar-
moribus constat, quos post
alios diligenter congecit
Grute. in vtilissimo illo lib.
Inscriptionum totius Orbis
tit. de Offi. Dom. Aug. §. 1.
vbi Lamprid. de Alex. c. 31.

scribat. Post meridianas ho-
ras, subter pueri, & lectio-
ne Epistolarum semper de-
ducat: & ita ut ab Episto-
lis, & a Libellis, & a Me-
moris semper asseret. Nā
hi auctores plura ex anti-
quo, suo suo inserunt. Hinc
tamen capies difficilem C.
Taciti locum li. 15. Annal.
Vbi de Torquato Silano lo-
quens ad mortem Nerone
Imperatore addo, cui ad tan-
tum suffi accusatores obij-
ciebant; Nobiles habere,
quos ab Epistolis, & Libel-
lis, & Rationibus appella-
bas, NOMINA SYMMACH-
E, ET MEDITA-
MENTA. & lib. 16. de Lu-
cio Silano, ipsum de hinc
Silanum increpat hīdem
quibus patrum eius Tor-
quatum, tanquam dispo-
neret iam Imperij curas, pra-
ferebat; Rationibus, & Li-
bellis, & Epistolis liberos.
En quo ultimo verbo certā
pauca suspensionem Lipfij, &
aliorum, qui existimant
supra d. locum lib. 15. cor-
ruptum esse, & aut vocem
Nobiles abijciendā, aut mu-
tandum, tūc enim non nū-
los habere. nam illo tem-
pore nec Principes per no-
biles, sed per liberos mi-
seria Principum aguan-
turi. Tacit. 1. Hist.

sitarius tuetur, ac maiori cū fide restituit: arcana Prin-
cipum secreta incomparabili silentio obsignat, ut benē
dictum sit, Confiliarios imitari debere armaria, quae continent
monumenta chartarum. Ut quando ab ipsis aliqua instructio
queritur, tunc loquantur, totum autem dissimulare debent, quasi
nesciant scientes.

Hinc Excell.^{mus} Lemenium Comes imitator prudentissi-
mus Antiquorum,

Idem 6. form. 16.
Idem 6. form. 5. & lib. 4. ep.
51. Antiquorum diligen-
tissimus imitator.

———— Veteres reuocauit artes,

Ut nostris temporibus praeferret ornatum.

Horat. 4. Od. 15.

Cassiod. 6. form. 6.

Cuius praecipua cura est, pro salute Reipublicae, & noua
excogitare, & antiqua restituere.

Veget. in Proli. lib. 1. de Re.
milit.

Siquidem Epistola Regiae super causis, de quibus dubi-
tantes Proreges ad Principem † referebant, eumque con-
sulebant: vel quas Reges ipsi vltro eis scribebant.

Symmach. 6. ep. 60.
† Ut in l. 1. §. Ex facto D. de
Minor. l. 1. D. de Appell. §.
Sed & maior. Instit. de His
qui sunt sui. & passim in iu-
re, & apud Plin. toto lib. 10.
Epist.

(A quarum definitione non decet deuiare,

Symmach. 9. ep. 121.

Nam quodcumque Catholici Reges per Epistolas consti-
tuunt, legem esse constat:

§. Sed quod Principi. Instit.
de iure Natur.

Sunt enim formales, quia de Consilij Italicae sententia,
& sollemni Iuridicorum verborum formula cōponuntur;

Suet. Domit. c. 13.

Et ferè semper libellis respondent, quod sanè Traianum
fecisse pluribus* epistolis liquet, ut certum sit Macrinum
Principem ementitum in rem suam, in cuius vita legimus
statuisse omnia rescripta veterum Principum tollere, ut iure, non
rescriptis ageretur, cum Traianus nunquam libellis responderit, ne
ad alias causas facta praeferrerentur, quae ad gratiam composita
viderentur.)

Capitol. Macri. c. 13.

* l. 1. D. de Interd. & Releg.
l. 1. §. Seruum mariti. & §.
seq. D. de Quæst. l. Absentē
§. D. de Pœnis l. Cum vero
26. §. Subuentum D. de Fi-
dei com. libert. Plin. lib. 10.
Epist. praecipue ep. 57.

Nulla laudabilis perpetuitatis cura seruata, vel ab ipsis Pro-
regibus post finitam praefecturam exportabantur, vel à
priuatis, aut Magistratibus detinebantur.

Cassiod. 11. ep. 3. &

Hoc quidem Catholicus Rex PHILIPPVS II. pro-
prio elogio PRVDENS, & MAXIMVS, per plurimos Prore-
ges

ges desiderauit corrigi. & ideò Alcananorum Duci, Mondejæ Marchioni, & Principi Petræ Perciæ in hanc Præfecturam proficiscētibus MANDATA in hanc formam dedit.

CVM IN NOTITIAM MEAM PROLATVM SIT, NOSTRÆ MAIESTATIS EPISTOLAS A PROREGIBVS EXPORTARI, VEL A MAGISTRATIBVS SVPPRIMI. ANIMADVERTENS OPERÆ-PRETIVM ESSE AD-EARVM OBSERVANTIAM, ET AD PRO-REGVM INSTRVCTIONEM, OMNIA RESCRIPTA AD BEL-LVM, STATVM, ET REGIVM PATRIMONIVM, NECNON AD ALIAS CAVSSAS SPECTANTIA CONSERVARI. MANDAMVS, VT ANTE OMNIA DILIGENTER CVRETIS, EPISTOLAS OM-NES PRÆDECESSORIBVS VESTRIS RESCRIPTAS PERSCRV-TARI, COLLIGERE, AC CONSERVARE: EXPORTATAS, AVT DETENTAS CONQVIRERE, VT REVOCENTVR. VOS AVTEM POST FINITAM ADMINISTRATIONEM, QVÆ AD VOS RE-SCRIPTÆ ERVNT, PRÆTERQVAM QVOD REFERRI IN

† COMMENTARIOS MEOS IVSSI, SVCCESORIBVS TRADITE.

Addit

† Erant & olim libri, in quibus data, concessa, indulta, rescrypta referebantur, *Commentaria* appellati. Plin. 10. epi 96 & 106. l. 32. D. ex quib. caus. maior. Hyginus in lib. de Limit. Agror. quos & Siculus Flaccus in lib. de Condit. Agror. *Sau-
uariorum* Principis nominat.

ay noticia para la obseruancia della, y embiarnos eis vna lista de todos los papeles que en esta materia se huuiere cobrado. De Toledo à 4. de Mayo 1575. De mano de su Magestad. Y podeis embiar esta lista dirigida à los Secretarios por cuya mano se huuieren despachado las cartas, que en ella se acularen. YO EL REY. Señal del Presidente. *Vidit Comes Generalis Thesaurarius. Vidit Cusinaris Regens. Señal de Francisco Hernandez. Vargas.*

Ilustre Marques de Mondejar, El año de 69. entendiendo el mal recaudo, que se tenia de las cartas escritas à los Virreyes de esse Reyno, mandamos escriuir al Duque de Alcalá la carta del tenor siguiente. EL REY. Ilustre Duque Primo nuestro, Virrey, Lugarteniente, y Capitan Gñal. Hauiendo entendido que los Virreyes que han sido de esse Reyno, se han lleuado con sígo las cartas que se les han escrito durante el tiempo de su gouierno, assi sobre negocios ordinarios, como de ordenes que se les han dado, y queriendo proueer à los inconuenientes, que dello se pueden seguir con el tiempo; hauemos acordado de escriuiros esta, y ordenaros, que de mas de registrarfe por persona confidente todas las cartas, que de a qui adelante se os escriuieren à vos, y à vuestros predecesores, que conciernen algun orden, ò mandato, que se haya de guardar en esse Reyno, que no fueren executoriados por la via ordinaria, como se acostumbra segun el estilo del: ayais de dexar à vuestro successor, quando de ay salieredes, las cartas, y ordenes, que se os huuieren dado, entregando despues vna lista de todas ellas à nuestro Secretario infrascripto, para que se entienda el recaudo que se haura dexado en ellas. Y porque tambien conuiene que se cobren las cartas: que se han escrito à vuestros predecesores; seremos seruido hagais ver si los q han asistido al gouierno de esse Reyno, despues del Virrey Don Pedro de Toledo dexaron ay las dichas cartas, y a quien se entregaron; y en cuyo poder estan, ò se podran hallar, assi en esse Reyno, como fuera del, para que se hagan sobre ello las diligencias necessarias, y procuren de hauer, y ponerse a buen recaudo. De Madrid à 21. Augusto 1569. EL REY. *Vidit Pericolla Regens. Vargas.* Y porque siendo cosa tan necessaria, y conueniente à nuestro seruicio, que las dichas cartas no anden desperdiciadas, si no que se busquen, y recojan donde esten guardadas, y puedan seruir para la execucion, y cumplimiento de lo que por ellas está ordenado. Nos ha parecido aduertiroslo por esta, para que conforme à lo contenido en la preinserta nuestra Carta se hagan las diligencias necessarias, y proueaís allí mismo se registren las cartas, que se deuieren conforme à lo ordenado. De Madrid à 11. de Settiembre 1575. YO EL REY. *Vidit Cusinaris Reg. Señalada de Francisco Hernandez. Gaitan.*

Ilustre Principe. Siendo tan necessario como sabeis, que el Duque de Ossuna tenga noticia de los negocios, y cosas que en tiempo de sus predecesores en esse cargo se han tratado, seremos seruido, que luego en llegando ante todas cosas, deis orden, que se le entreguen todas las cartas, q se hallaren escritas à vos, q conciernen à materia de estado, gouierno, y hazienda, y qualquier otra orden, que se huuiere dado tocante à nuestro seruicio, y de que conuiene, que se tenga ay noticia, para la obseruancia de ella, y embiarnos eis vna lista de todos los papeles, que en esta materia se le huuieren entregado. De Lisboa à 16 de Abril. 1582. YO EL REY. *Zejaus secretarius.*

Extat ei⁹ Epistola, quas hic inferere fidei causa decreui.

EL REY

Ilustre Marques de Mondejar Primo nro, Virrey, Lugarteniente, y Capitan Gñal, siendo tan necesario por muchos respetos, y mayormente por lo q toca à vuestra instruccion, y noticia, q conuiene q tengais de los negocios, y cosas, q se han tratado en tiempo de vuestros pdecesores q las cartas, que à ellos se les hã escrito vengan à vfo poder: seremos seruido, q luego en llegado ante todas cosas, procureis de reconocer todas las cartas que se hallaren escritas al Cardenal de Granvela, q cõcernierẽ materia de estado, gouierno, y hazienda, y qualquiere otra orden, q se le huuiere dado tocãte à nuestro seruicio, y de que conuiene, que se tenga

[¶] Olim subscriptiones antecederat notæ illæ. E. T. M. D. quæ significat, & *Manu Divina* Imperatoris fuisse adnotata. cuius rei testimonia sūt Nouella Theod. & Valer. de Reddi. iur. arm. in fin. Noue. Valent. de Homicid. casu facto. Hinc *Dina Adnotationes* in l. 3. C. Theod. de Conlat. zr. & *Serva Adnotatio* in l. Vlt. C. Si cōr. ius l. Vlt. C. de Diver. referri.

[¶] P. præter Imperialem subscriptionem, Quæstor Constitutionibus subscreebat. Imò sine eius adnotatione vim non habebant. *Nouell. 114. P. diu. iuss. subscrip. hodie glori. Quæst. subscribebat* Quæstor his verbis LEGI, vel SVBSCRIPSI. *Iust. Nou. 22. Theod. & Valer. Nou. de Homicid. casu. fac. & alibi sap. Hinc est quod hodie Neapoli Reges Cancellaria Reges proprio nomine subscripto, addunt VIDI, vel LEGI. ut refert Guid. Panci. ad Not. Orsen. c. 72.* Sed quia præter Regentes hodie etiã, qui à secretis sunt, subscribunt; adieci in textu *Tribunū Candidatum.* cuius munus *Secretarius* talia (licet sic cū vulgò loqui rei explicandi causa) respondere arbitror ex Cassio. i. Var. ep. 4. Quæstor verò respōdet *Magno Cancellarius*, & sic nouissimè appellatus fuit, teste *Niceta 7. Annal. & Cuiasio in Paras. C. de Off. Quæst.*

Addit postea * manu sua, VT QVICVMQVE PROREX INDICEM OMNIVM EPISTOLARVM AD SE RESCRIPTARVM, AVT REPERTARVM, IN FINE SVÆ PRÆFECTVRÆ TRIBVNO + CANDIDATO, QVI EAS SVBSCRIPSIT, MITTERET, VT INTELLIGATVR QVÆ, ET QVOT RESCRIPTA RECUPERATA FVERINT.

Nam illustrissimus omnium mortalium videtur hic Rex fuisse, & qui prudentiæ in consilijs suæ fructum longissimo tempore, tam privatis, quàm publicis in rebus percepit.

Polyb. 1. Hist.

Ideò vt alter Alexander Seuerus epistolis *sua manu addebat, si quid esset addendum.*

Lamprid. Alex. c. 31.

Sed licet hæc *mandatis* Catholici Regis *cauta* essent,

Plin. 10. ep. 64.

Quæ necessario corrigenda multis retrò Proregibus visa sunt. Interea tamen nullus eorum ad effectum ducere ausus est.

Iust. in l. 1. in prin. C. de Nouo C. facien.

Et si quando in scrinijs palatij seruabantur. nullus rerum ordo, nulla temporum adhibebatur distinctio: sed confusè, negligenter, & vt sic dicam, scopis dissolutis custodiebantur. Hinc requirentibus, immensus labor, odiose mora; hinc numerosa vtilium Rescriptorum congeries debita obseruantia fraudata, obliuioni tradebatur: hinc non solùm non inuenta, sed & penitus ignorata, inuidiosa vetustate destructa,

———— *Vitiataq; dentibus æui,*

Ouid. 5. Metamor.

tineas, blattasque palcebant.

Tua verò Excell.^{me} Princeps *venatrix* rerum omnium publicè, ac priuatim salubrium *sollicitudo* respexit,

Cassiod. 6. Var. form. 16.

Ad vniuersorum utilitatem pertinere, si Regias etiam iussiones cum competenti ordine, & forma seruari præcipias.

Iust. in Nouell. 114. vt Diui. iussi. subscribe.

Et remedijs inuigilans subiectorum, nec cessas inquirere, si quid sit in nostra Repub. corrigendum.

Ibid.

Ideò quod à te Catholicus Rex potuerat expetere, vtrò ei iniussus obtulisti. Quid est enim gratius, quàm Regalè

X

curam

curam prouida diligētia præcedere, vt prior sit laudabilis dispositio tua, quàm prudēs iussio dominantis? non enim tibi *mandatis* opus est, vt necessaria constituas, namq̃ *voluntarios labores appetis, vt quietem alijs Proregibus præpares.*

Vndē omnes Epistolas Regias colligere, & adligare *suſcepisti: vndiq̃ inuestigatis exemplaribus INSTRUMENTVM REGNI PVLCHERRIMVM confecisti, quo continentur omnia ferē Rescripta ab Excell.^{mo} Alcanorum Duce, nam superio- rum Proregum, & si incredibilem adhibuisti diligētiā, inueniri non possunt.*

Vbi *constitutiones antea confusas in luculentam erexisti conſonantiam, epistolaresq̃ thesauros volentibus aperuisti.*

Et ex disiectis, neglectisq̃ membris varia, & conspi- cua corpora formasti, Proregum nomina, quibus scriptæ, aut rescriptæ fuerant, vbiq̃ seruans. Digestæ in partes, li- brosque; libri etiam exemplo veterum distincti titulis cer- tis, ex quibus facilis prompta, & ad manum semper om- nium litterarum notitia redundat, & *per ordinationis tuæ beneficium abrogatur incertum.*

Sed quæ *parum emendatæ, aut non certæ fidei videbantur,* ad Catholicum Regem misisti, vt comprobarentur exem- plaribus, quæ in scrinijs Regijs ad fidem publicam exi- mia perpetuitatis cura seruantur.

Sic *vera, & emendata rescripta in scrinijs tuis, vt alter Traianus Imp. summa diligentia collecta, & optimo ordi- ne distributa, conseruas. Vt sciant omnes quanta te diutur- na super rerum communi utilitate cura sollicitet, studentem cer- ta, & indubitata, & in varios codices collecta esse de cetero Re- scripta.*

QVATVOR olim fuisse Codices constat, in quibus Impp. Constitutiones antea vagæ, & dispersæ, collectæ fue- runt. Priores duo à priuatis hominibus iuris studiosis Gregorio, & Hermogene, qui earum collectioni operam dederunt, nomen sortiti sunt: posteriores verò ab Impp. Theo-

Hoc constat ex Epistola, & Catholico Regi Philippo III. Excell. Lemenſium Comes scripsit in hæc verba.

SEÑOR

El Rey nuestro Señor, que está en Cielo padre de vueſtra Mageſtad por carta de los 21 de Agosto 1569. cu- ya copia embio cō esta, or- deno al Duque de Alcalá quādo gouernaua este Rey- no, q̃ recogiese, y pudiese en orden todas las cartas eſcritas à los Virreyes del, para que se conseruaſen, y entregase à los ſuſeſores. Pero no he hallado queſto se huiese hecho, ni respo- ſto de los Virreyes q̃ pre- cedierō al Duque, ni de los que le han ſuſcedido, y así he hecho recoger, aunque con gran trauajo, todas las cartas originales, que se han podido hallar, y quedan enquadernadas por ſu orden, comenzando de las del tiempo del Duque de Alcalá; porque del de antes de ſu gouerno, no se han podido hallar cartas nin- gunas de conſideracion. De mas deſtos originales del tiempo del Duque de Alcalá à esta parte, se han hallado en poder de algunos Mini- ſtros, y perſonas particula- res muchas copias de car- tas, cuyos originales no p̄- reſe, las quales, paraq̃ este negocio, que tanto importa al buē gouerno deſte Rey- no, quede en perfeccion, me ha parecido hazerlas traſ- ladar, y embiarlas à V. Ma- geſtad, para que ſea ſeruido de mandar, q̃ ſe corejen con los Regiſtros, q̃ ahí huie- re, y autenticadas ſe me remitan cō mucha breuedad, por que yo pueda ponerlas en ſu lugar antes de mi par- tida, y dexar acabada esta obra, de manera q̃ mis ſu- ſeſores no tēgan que tra- uajar mas, q̃ en proſeguir- la. Guarde Dios à V. Ma- geſtad, como ſus criados, y vaſſallos deſcamos, y ha- uemos menester. Nap. 9. de Setiembre 1615.

Ibid.

Succ. Vesp. c. 8.

Iust. in Proem. Inst. §. Quo- rum, ver. & Cum sacratiss. Idem in Proem. Digest. §. Nos verò.

Cassiod. 4. Var. ep. 11.

Plin. 10. ep. 76.

Ibid.

Iust. l. Vn. §. vlt. C. de Nou. C. facien.

d. l. vn. in prin. C. de No. C. facien. Cuiat. in Parac. C. in Præf. Aymar. Riuallius 4. Hist. lu. Ciui. nu. 15. & 58. Valent. Fortierius 3. Hist. lu. ciui. in prin.

Theodosio, & Iustiniano conditi, similiter ab ipsis denominati Theodosianus, & Iustinianus.

Paul. Diac. lib. 18. Hist. Miscell. c. 1.

Tu verò *litterate* Princeps Codices auctoritate, labore, ac providentia tua confectos, *felici nominis tui vocabulo* inscribi noluit: sed Proregibus ipsis reservasti, ut tibi *prioribus*, quos honore reparas, merito debeant suas laudes, quorum nominibus hoc mirabili opere perpetuam dedisti famam.

Vopisc. Tacit. c. 4.

Iust. in l. Va. C. de Nomo. C. facien.

Calliod. 2. Var. sp. 2.

Poteras tuo iure uti, utpotè ab omnibus semper usurpato: sed tam magna tua modestia est, ut tibi ipsi debitam gloriam defraudes.

Illi unum tantum Codicem fecere, & statim de suo nomine appellari non solum voluerunt, sed propria lege constituerunt.

Iust. in l. Va. C. de No. C. facien. & in l. Va. C. de Iust. C. confir.

At tu, qui VNDECIM fecisti, quos, *ut noueram priscis admississe admirationem*, ita reservasse nouis parem gloriam non putabas, non vis inscribi, ut conditor?

Symmach. 2. ep. 19.

Verum hæc gloria repudiata tantum claritudine egreditur lucem superiorum, quantum augustius est, ante fores stantem non admittere famam, ut præteritis Proregibus acquiratur.

Magnum est, humanissime Princeps, magnum est, contemnere gloriam, qua *optimus quisque maxime ducitur*. Sed maius illud, laudanda facere, ut alijs gloria accrescat, quorum alterum modestia, ac moderatione, alterum magnitudine efficitur.

Cic. pro Archia poeta.

Ipsi illi Philosophi etiam in illis libellis, quos de contemnenda gloria scribunt, nomen suum inscribunt: in eo ipso, in quo prædicationem, nobilitatemque despiciunt, prædicari de se, ac nominari volunt.

Id.

Sed tu sicut Principes magnitudine, sic Philosophos modestia, ac moderatione superas.

Iustinianus rudis fuit omnium litterarum: & quod dicitur, analphabetus,

Suidas in Iustin. Valla. 6. Elegant. c. 35. Ay. na. Riual. 4. Hist. lu. C. 1. c. vlt. Sebast. Motic. Traß. de Inuentat. tit. de Iure delib. nu. 5.

Idest

Castell. Cotta de Iurisperit.
§. Vlt. in Autent. de Consul.

*Idest, qui nec elementa quidem litterarum nouit, & tamen se
tanquam legem quandam animatam à Deo missum hominibus
testatur,*

1. §. His itaque C. de Vet.
In. Enucle. Proém. D. §. Et
quod.

Suidas in Tribon. quem se-
quuntur Riual. Cotta ubi su-
pra, & alij. omisso plura,
quæ in eū passim libris suis
scripsit docti. Anton. Faber,
eius manibus iniquior, quā
per erat. Gruter. ad Flor. 1.
c. 16.
Cuiat. §. Obser. c. 33.

Triboniano præcipuè totam rem faciendam permisit.

*Qui pecunia ad miraculum auidus, ius precio vendere solitus:
& legum dies alios plerumq; tollebat, alios scribebat, pro cuiusq; ne-
cessitate accepto precio;*

*Nec erat in eo opere tam diligens, & accuratus, quàm se im-
pudenter profitetur esse, ut sapissimè quod in uno loco mutabat,
non mutabat in alio.*

Castell. 1. ep. 43.

*At tu litterarum omnium peritissimus, multaque erudi-
tione saginatus,*

1. Vni. §. Sed cum C. de In-
fin. Cod. confir.

*Integerrimis electis viris, tam doctrina legum, quàm expe-
rientia rerum, studioq; Reipub. indefesso, & laudabili proposito pol-
lentibus sub certis finibus magnum laborem commisisti.*

1. Cum acutissimi. C. de Fi-
deicom. de cuius laudibus
Cuiat. in Prefat. ad libros
Quest. Papin.

*Et in eorum consilio, ut alter acutissimi ingenij Pa-
pinianus, epistolas legere, ac elimare, & in libros, ac ti-
tulos digerere tanta prudètia, summiq; ingenij dexteri-
tate adfidebas, tua manu illas omnes subscribendo, ac di-
stribuendo, ut omnes illos iuris scientia, methodo, & ele-
ganti dispositione antecelleres.*

Castell. 1. ep. 2.

*HORVM omnium Codicum utilissimum compen-
dium fecisti, ut illorum operibus maius aliquid, & excel-
sius adijceres. Transisti gloriam Priorum dispositione lau-
dabili: & quod illi assumere non valuerunt, de tuis operibus
effecisti.*

Lamprid. Alex. Seue. c. 31.

*Vbi miro ordine, ac breuitate conclusiones omnium
rescriptorum desumptæ, & congruentibus titulis aptatæ,
Codicibus ipsi tempore, & ordine respódent: ut præ ocu-
possint habere Proreges illorum omnium notitiam, quæ
ad optimam Regni administrationem pertinent: sem-
perq; cum soli sint, ea legere, inspicere, ac memoriæ
mandare, ut sint ad omnia instructissimi.*

Et

Et parati semper ad subditum.

Caſſiod. 6. form. 5.

Hic ergò paruus libellus magni, ac insignis operis perfectus index, constitutionum omnium summarium elegans, optimi regiminis magister disertus, publicæ utilitatis thesaurus, armarium legum, memoriæ scrinium, omniumque rescriptorum breuissima vox est. sic

— Nunc succincti, quæ sunt bona disce, libelli.

Marſial. 2. epig. 1.

Deinde qui rudes viros, & ad Rempub. conscia facundia præparatos, labor tuus sine aliqua offensione poterit edocere: & vsum, quem tu inter altercantium pericula iactatus exerces, illos qui sunt in tranquillitate positi, contingit felicius adipisci.

Caſſiod. Præfat. lib. 1. Vas.

Præterea DISPOSITIONES omnes, quas Proreges tãquam Præfecti supremi militiæ ediderunt, diuulsas, sparsas, dispersas, ac dissipatas, à Gonſalo Fernandez à Corduba, (viro nunquam tacendo gentibus, nostræque Hispaniæ gloria, qui ob singularem, & incomparabilem militiæ scientiam MAGNI DVCIS meritis est cognomētum) vsque in præsens tempus colligere, & in vnum corpus redigere, iussisti: ut ventura posteritas, & laborum tuorum molestias, quas pro generalitatis commodo sustines, & sinceræ conscientie laudabilem dignosceret actionem.

Ibid.

Illud etiam sustinere alios passus non es, quod præteriti frequenter incurrerunt, in honoribus dandis, ceterisque militaribus ordinationibus, aut litteris (ut vocant) patentibus componendis, impolitas, & præcipientes dictiones: quæ sic poscuntur ad subitum, ut vix, vel scribi posse putentur, vel videantur.

Ibid.

Cunctorum itaq; DIGNITATVM, ET ORDINATIONVM formulas vno volumine comprehendere voluisti: ut & tibi prospiceres, & sequentibus in angusto tempore subuenires. Ità, quæ dixisti de præteritis, conuenient & futuris: quia non de personis, sed de ipsis locis, quæ apta videntur, explicuisti.

Ibid.

Pulchra hæc omnia, Regno maximè fructuosa, gloriosa tibi. quarum unam si præstitisset alius, illi iam dudum lau-

Plin. Paneg.

Υ

des

des immodicæ, grateſque decretæ fuiſſent, aut innumeræ ſtatux auro, & argento relucentes ſtarent, nouiſque honoribus, & auguſtioribus titulis cognominaretur.

Sed ſi vna tantum res benè acta nobilitat, æternumque acquirit nomen, ac famam; quod nomen, quàm famam mereris, qui tot, ac tanta ſimul optima, & ſalutaria geſſiſti?

O te dignum, qui de rebus publicis ſemper præclara, hæc, & glorioſa conſtituas, vt ſelectiores, ac maximos Principes omnes, laudabilibus inſtitutis, ac perfectiſſimis actionibus excellas?

Vopif. Prob. c. 3.

Plin. Paneg.

Vtile eſt, *Vir Perfectiſſime*, & ſalutare Proregibus (quorum *omnium* te *imitationi proponimus*) tuam hanc habere intentionem, hanc curam, & ſollicitudinem. *Vt enim ceterorum hominum, ita Principum, illorum etiam, qui Dij ſibi, videntur, æuum omne, & breue, & fragile eſt. Ita optimum quemque niti, & contendere decet, vt poſt ſe quoque Reip. proſit moderatione ſcilicet, iuſtitia, bonarumque conſtitutionum monumentis.*

Ibid.

Vopif. Prob. c. 33.

SÆPE ego *mecum tacitus agitaui*, an inter tot illuſtres, & inſignes viros, ac optimos Principes, quos priſcum illud æuum tulit, fuerit, qui tam prouidè, ac ſapienter res omnes regiminis ſui ordinaret, aut diſponeret. Et legenti mihi, aut memoria repetenti innumera rerum geſtarum monumenta, & cum tuis admirandis actionibus conferenti, nūquam inuenire contigit ſimilem tibi. *Omnibus certè, qui fortes, qui clementes, qui prudentes, qui mirabiles extiterunt, intelligo te parem fuiſſe, aut, ſi non repugnat inuidia furioſa, meliorem.* Omniaque eorum præclara facta, vel magnitudine vincere, vel amplitudine excedere, vel prouidentia modo ſuperare.

Constantinus Imp. vt tradit
Gui. Pancir. ad Not. Orien.

c. 73.

Zonaras 3. Anna. in Conſt.

ad ſi.

Caſſiod. 6. Var. form. 7.

l. 2. C. de Commeatu lib. 12.

Cuiat. in Parat. Tim. C. de

Offic. Com. Sac. Larg.

Inuenit aliquis nouos magiſtratus ad pecunias publicas diſpenſandas, cuius *in largiendo ſtudio magnificentiæ non tribuebatur*, & *Munerariam dignitatem* plauſibili vocabulo LARGITIONVM, & REMVNERATIONVM, vt ſibi populum, & militem conciliaret, inſtituit, *quaſi muneribus poſſiſſimum,*

¶

Et liberalitatibus exercendis thesauri Imperij destinati sint, quamvis, Et in alias plerasque res insumantur.

Quod verè decorum, verè fuit omnimodis exquisitum, in donorum regaliū parte sequestratam facere dignitatem, Et alterius honorem dicere, dum Princeps constet dona conferre.

Et ut nihil ciuile, aut ostentationis omitteretur, etiam priuatæ res speciali Comiti demandatæ LARGITIONVM nomine honestantur.

Alius AERARIVM MILITARE, eo colore, ut perpetuo, ac sine difficultate sumptus ad tuendos milites, prosequendosque suppeteret. sed re vera, ut imperium firmaret, ne aut etate, aut inopia sollicitari ad res nouas possent: & ut vectigalia noua introduceret, quæ postea alij tamquam grauissimæ remiserunt.

Alius priuatarum rerum procuracionem, sed quia ex proscriptionibus tantum auri congeffit, quantum nullus Imperatorum.

Alius Arcarios instituit, qui de arca Fisci ederent munera --- populari leuitate ductus, nam Romani magnis Urbibus suffecturas opes, exhibendis muneribus impendebant. --- totum patrimonium suum largientes, Et prodigentes, ut vnius horæ fauorem vulgi acquirerent, & proscriptis legitimis heredibus, mimis, Et balatronibus deputabant.

Postremò adhuc nemo extitit, cuius virtutes, aut egregia facta, nullo vitiorum confinio laderentur.

Et in quo nihil ad consummatam laudem desideretur. quò fit, ut cuiusque gubernatio ex morum, Et actionum eius maiori parte iudicetur.

At tu Excell.^{me} Princeps omnibus vitijis immunis, veteres ritus renouas, sapientes actiones, prudentesque dispositiones in vtilitatem nostram mirabiliter reuocas,

Nec pateris --- secula cana mori.

Omnem vanitatem, & ostentationem remouens, utpotè qui nunquam rectè fecisti, ut facere videreris, sed quia aliter facere

Onus vicesimæ hereditatū Nerua, & Traianus in quibusdam archarunt, ut ex Plin. in Paneg. liquet. Censuram rerum venalium, & si deprecato populo edixisset Tiberias, militare aerarium eo subsidio niti. Tac. 1. Annal. Caligula Italiam remisit. Suet. c. 16. Vectigal quanta, & vicesima venalium merciporum Nero sustulit, Tacit. 13. Annal. Quæ omnia Augustus, & nouiter excogitauit, & Aerario assignauit. Lip. ad Tacit. dd. locis, & 2. de Magnit. Rom. dicto 4.

Cassiod. d. form. 7.

1. Properandum 12. S. Sin. autem vtraque C. de Iudic. 1. Vlt. C. de Adfess. & apud Paulinum in Eucharistico.

Octavianus Augustus. Sueton. c. 49. Diod. lib. 55.

Seuer. Imp. Sparta. c. 12.

Alexan. Seue. Lamprid. c. 43. Sic legendum esse ex Pal. non Aerarios, ut in. Vulg. notat ibi I. Gruterus, & Lipf. 1. Satur. c. 9. Laçant. Firmia. 6. Instit. c. 11. S. Ambros. Serm. 81.

Vopis. in Carino c. 76.

Plin. Panegy. ex quo aufer Claud. de Laud. Stilich. Paneg. 1. -- Nunquam hanc ra bonorum, &c.

Zonaras 3. Annal.

Velle. Pater. 2. Hist. c. 35. ex quo Mamer. Panegy. Iuli. Omnibus humanis vitijis absolutus, & liber.

Martial. 8. epig. 80.

Velle. d. 2. c. 35.

Nicet. Choniat. lib. 7. Imp.
Ruan. Comneni.

facere non poteras. Præterea quod antiquis defuit, cumulatissimè præstas, & acerbitates, quæ præclara instituta minus honestarunt, arces, ac procul submoues, nam illi munificentie ostentatione effusè spargebant, & insumebant ea, quæ utraq; manu collegerant.

Tacit. 11. Annal.

Tu ÆRARIVM MILITARE nouè instituisti, & possum dicere inuenisti, cum rem vtilem obliuioni traditam, ac per tantum æui occultatam, quasi reddita iuuentute, redditoque pristino decore augendis præsentibus bonis in lucem exire fecisti, *ne vetustissima Italia instituta per desidiâ exolescerent — publica circa bonas artes secordia.*

Profic. Aurel. c. 45.

Zonaras 3. Annal. ad fin. de
Imper. Comneni.

Non tamen ad milites conciliandos, aut Regnum firmandum, sed *ut miseras paupertatis effugerent, & stipendia certa, firmaque haberent: nec nouis vectigalium nominibus excogitatis, vetera tantum ei assignasti. quo circa nihil magis in tua prudenti dispositione laudauerim, quàm quòd tot res illi adiecisti, propter quas illum Deû cæca antiquitas fecit.*

Plin. Paneg.

Ibid.

Tacit. 3. Hist.

Plin. Paneg.

Id hoc magis arduum fuit,

Acerrima Augusti menti,

Perquàm magna quedam adstruere, quem sanè nihil retiquisse tibi videbatur: qui tam multa excogitasti, ut si antè te nihil esset inuentum.

Ibid.

Seuerus Imp. ad suos liberos apud Dionem Nicæum in eius vita.

Ille stipendijs militum tantum vectigalia assignauit, *parcius fortasse quàm decuit optimum Principem; vel quia eos ditare, reliquos omnes spernere ad comparandum, ac conseruandum imperium, magnum præceptum illa tempestate habebatur.*

Tacit. 4. Annal.

Tu verò omnibus publicis necessitatibus, tam ordinarijs, quàm extraordinarijs, Status, Militiæ, & Regiminis in eodem Ærario militari, vel vectigalia, vel oppidorum redditus deputasti. *quod mihi quoq; exequendum reor.*

Cassiod. 2. Var. ep. 5.

ARCES ad præsidium in interioribus locis, vel in maritimis, aut limitanejs collocatæ. *Decet enim cogitare de militis tran-*

Conuenit Noua Refor. p. 9.
La Caja Militar, donde
há de entrar toda la suma
de la Gente de Guerra,
gracia, y cosas ordinarias,
assi del Reyno, como pesos
de Estado, Guerra y govierno.

transactione, qui pro generali quiete finalibus locis noscitur insudare, & quasi à quadam porta provinciae inimicos introitus probatur excludere. In procinctu semper erit, qui barbaros prohibere contendit.

MVNITIO earum, ac Ciuitatum, quæ tractanda est semper in ocio. Quia tunc malè queritur, quando necessaria indicatur. Idem 3. Var. ep. 48.

Quippè tunc efficitur praeualida, si diutina fuerit ex cogitatione roborata. Idem 1. ep. 17.

Est enim spes certa cunctorum: quando in pace ab exteris generibus discitur, quod veraciter in certamine timetur. Idem 12. ep. 17.

TRIEMES, nam Italiam utroq; mari tres classes, Neapolim apud, & Liguriam, ac Siciliam praesident. Tacit. 4. Annal.

Ad tutelam superi, & inferi maris collocata. Suet. Aug. c. 49.

FABRICA earum, & prouisio annonaria singularis. Trebell. Poll. de Tyrann. c. 18.

SALARIA legatorum Romæ, Venetiarum, ac Liguriae, & aliorum.

CVRSVS PVBLICI sumptus, quò celerius, ac sub manum annunciari cognosciq; posset, quid in prouincia quaq; gereretur. Suet. Aug. c. 49.

Vndè laudabile est, in illa parte geminare custodiam, quam constat Reip. necessitatibus exquisitam. Per hanc enim, & legationum utilitas, & ordinationum Regiarum celeritas explicatur. Cassiod. 5. Var. epist. 5. & 1. ep. 29.

Decet proinde semper esse paratum, quod utilitatibus publicis probatur accommodum. Idem. 1. ep. 5.

PRÆSIDIA ex militaribus copijs — apud idonea prouinciis distributa. Suet. Aug. c. 49. Tacit. 4. Annal.

ARMA in bello necessaria, in pace decora, quæ imbecilles fragileq; mortales cunctis bellis efficit fortiores. Cassiod. 7. Var. form. 18.

VIARVM mutiones, nam gratum est, sine offensione aliqua iter agere destinatum; videre inditia diligentie, dubia sine timore transire, gressu facili montuosa conscendere, in pontibus* tra- Idem 12. ep. 18. *V. Trabium.

Z bem

hem non tremere, viamq̄ sic conficere, ut omnia probentur animo conuenisse.

Veget. 3. de Re. Milit. c. 5.
Polyb. 10. circa fi.
Palamedes apud Georgiā.

TVRRIVM fabrica, & excubiæ, quæ per maris ambitum diligenter dispositæ, Piratarum incurfus ab ultimo recessu, per noctem flammis, per diem fumo celeriter, ac in tempore nunciant. ideò optimi, & celerissimi nuncij dicuntur.

Suet. Tiber. c. 37.
Idem Aug. c. 32.
I. Solemus 6. §. Vlt. D. de
Jud. Nouell. Iust. 8. Cuiatius
lib. 19. Obseru. c. 11. & in l.
Eius 29. D. de Iur. Fic.

LATRVNCVLATOR, * qui à grassaturis, ac latrocinij curam habet, dispositis per opportuna loca stationibus. idest, stationarijs militibus, huic rei coërcendæ causa excubantibus.

Tertull. in Apolog. c. 2.

Nam latronibus vestigandis per uniuersas Regni provincias militaris statio sortitur.

Vipian. l. C. in l. C. de Iur. 13
D. de Offic. Præsid.

Congruit enim bono, & graui Proregi curare, ut pacatâ, atq̄ quieta provincia sit, quam regit.

Ibid.

Ideò tam sollicitè egisti, ut malis hominibus provincie careât, eos cõquirendo, ac seuerè punièdo, ut nunquâ, nec tam quietum, nec tam purgatum malis hominibus hoc Regnum fuerit.

Paul. in l. Præf. 3. D. codè.

Suet. Aug. c. 49. Calig. c. 44.
Nero. c. 32.

VETERANORVM commoda emerite militie, quæ in suo Ærario secundo loco Augustus constituit, ambitioso PRÆMIORVM titulo. muneri tamen eius liberalitas tua astruxit, ut & senes, ac alij truncato ex vulneribus corpore, in tuo Ærario eodem beneficio vtantur.

Plin. Paneg.

Tacit. 1. Annal.

Suet. Galba. c. 12.

GERMANORVM cohors, iam olim ad custodiam corporis instituta, multisq̄ experimentis fidelissima.

Nicet. Choniat. lib. 1. de
Eman. Comm.

ELEEMOSINÆ, nam multum ex publicis thesauris ad pauperum necessitates leuandas redundat.

HÆC omnia, & nonnulla alia, in tuo Ærario collocata, certum ac firmum subsidium, quo vnaquæque nitatur, inuenere. Alios verò necessarios sumptus, ut Magistratum, in Arcam ordinariam contulisti; quibus eadem ratione suos redditus deputati.

Tacit. 1. Annal.

Ille in libello, quem sua manu perscripserat, solùm demonstrauit opes publicas, quantum ciuium, sociorumq̄ in armis:

* Epist. Ciuit. Bar. & Reg. ad Cath. Reg. nostrum. La quale si gode giouamente con una quiete vniuersale, nata dall' essere amministrata la giustitia per tutto il Regno con l' equalità senza partialità, & rispetto alcuno; Onde anco è risultata l' estirpatione di Banditi, che per l' aduerso inquietauano questo Regno, il quale per nessun tipo mai si ricorda esser stato così netto, & sicuro da simili flagitij, &c.

mis: quot classes, regna, prouincias, tributa, aut vectigalia, & necessitates, ac largitiones. At tu hæc omnia publicari iussisti, & Rationarium tuæ præfecturæ diligentissimè fecisti, & eo amplius vnicuique suos redditus, certasque exactiones destinaisti.

Vide sup. p. 46.

Egregiè Excell.^{me} Princeps, quòd nullam publicam necessitatem, nullamque necessariam impensam prætermittis: opes Regias inter eas, tanquam bonus pater inter liberos, seruata æqualitate distribuis, nec pateris quamquam sine dote, aut velut patrimonio manere, perennibus, ac vberimis fontibus, naturali, & antiquo cursu profluentibus, fecundas.

Iàm ipsis subditis, quàm gratum intelligere, omne quod penditur in subsidium Principis, & Reip. prouenire: illa enim sola dolere debent † stipendia, quæ studio videntur cupiditatis imposita. Nam quod pro rerum necessitate præcipitur, inde prudentium animos non grauatur. Vndè lenitæ, & excussatæ exactiones, libètiùs tolerantur. in quo sanè vulgus semper incredulus, redditus quidem, & prouentus Principis acribus oculis intuens, conuiuens ad erogationes, & sumptus.

Cassiod. 11. Var. ep. 16.
† In alijs libris *dispendia*.

Dio. lib. 32.

Conuenit Noua Refor. p. 8.
T para facilitar las quitas de la gente de guerra, y gracia, y cosas extraordinarias, que han menester comunicacion vnida entre las Caxas Militar, y Ordinaria, y la Escriptania de Racion: para ajustar los seruos, viños, grasas, alcances, pagamentosos, passages, y otras muchas dudas, que cada dia se ofrecen entre estos officios, por cosas pasadas, presentes, y por venir, y para quitar las descomodidades, que los soldados, y negociantes recibian oyendo estos officios apartados en lugares diferentes, y remotos: y tambien fuera de mano, por la brevedad con que queriamos saber, y entender el estado de muchas cosas: y para facilitar, ha nomos ordenado, que los officios de Escriptania de Racion, y Caxa ordinaria se retiren en el Palacio vicio cerca de nuestra persona, donde ya reside la dicha Caxa Militar.

PRÆTEREA quàm aptum, quàmque curæ, & vigilantia tuæ conuenientem locum Ærario constituisti. In Palatio scilicet, quia lætissimum oculis tuis conspectu militum impleri, vbi etiam Quæstorem vrbanum (quem hodie vocant *Scribam Rationis*) & *Præpositum Thesaurorum*, quo *minore molestia* stipendia consequerentur. Nàm priùs aduentante solutionis spectatissimo tempore, adire, ac frequentare Quæstoris, aut Præpositi domum, ad fores spectare, magnas difficultates audire, solebant. ignari quid facerent, donec planè scirent, differebantur. hos labores militum leuasti, quia sub tua præsentia, nullæ difficultatum, deflexiones, nulli errorum anfractus, nullæ vexationum causæ supersunt. sine labore, & impendio exigitur, sine mora, aut dilatione soluitur.

Marin. Frecc. lib. 2. de Subteud. tit. de Differ. Feud. Reg. & Titul. nu. 20. Notit. Occidentis.

Suet. Aug. c. 35.

Plin. Paneg.

Quam

Ibid.

Idem 5. ep. 14.

Quàm iuuat cernere Ærarium tuum silens, & quietum, & quale antè nullum fuit, abundans, omnibusque erogationibus sufficiens, non ex spolijs ciuium, nec ex nouis, aut inusitatis exactionibus: sed ex tua magna prouidentia, ac mira dispositione, quæ res omnes inuolutas, atque implicatas † separauit, erexit, formauit, ac certis subsidijs reparauit?

Tacit. 13. Annal.

Idem 2.

TALE esse oportuit, quod non magna bella, non classium apparatus, non immensæ liberalissimi Regis nostri largitiones, & remunerationes exhauriant. nam si tuendo prosequendoque militi non sufficiat, per noua vectigalia, si iam non per exactiones illicitas, aut per scelera supplendum erit.

Flor. 3. Epit. Re. Rom. c. 13.

Petron. Satyr. Hinc spolijs pecunij enervati dicuntur apud Polluc. 2. c. 5.

Cùm enim pecunia* nerui sint Reip. sine tributis, & vectigalibus conseruari non potest, quemadmodum medici negant, sine neruis homines ambulare posse.

Paul. Iouius lib. 18. Hist.

Ecquid ergò discimus experimento Ærarium tuum, tam benè instructum, ut nunquam pecunias, propria bellorum instrumenta, non solum ordinarijs sumptibus, ac publicis necessitatibus, sed etiam extraordinarijs, velut alendo, aut sustinendo bello defecturas crediderim? Innumera expensarum causæ seculo tuo euenerunt. Oceanus si Ærarium tuum fuisset, dicerem desiccandum. Paullulum obsecro hic siste, audi te largiter expendentem, non loculis, sed totis saccis, ut ipsum te miraturus sis, unde tot ad expensas opes hausisti.

Lip. 2. de Magnit. Ro. c. 10.

Plin. Paneg.

Imitatur à Mamert. Paneg. Iulii. Vt in maxima quæstione sis, à quo accipias Imp. qui sic omnibus largiatis.

FERES Comes Excell.^{me} curam, & sollicitudinem meam, non Consularem, non publicam, sed priuatam? nam mihi cogitanti eundem te multa laborantibus populis remisisse, donatiuum nullum extrà ordinem imperasse, nullam exactionem excogitasse, exactores abegisse, vectigalia temperasse, interrogandus videris, satisne computaueris Regni redditus? an tantas vires habet frugalitas Principis, ut tot impendijs, tot erogationibus sola sufficiat?

Nunc enim te præcipuam voluptatem præclari operis
tui

† Epist. Ciuit. Bar. & Reg. Separando anco le materie con filo, & ordine, nò mai per prima visto, nè imaginato, con li quali hà posto limite frà li Assignatarj di Giustitia. & gente di guerra, perche l'uno non si confonda con l'altro, come si soleua, & habiendo modo, & forme tali, ch' ogn'uno possi stare sicuro p' l'auuenire, di quel che li tocca.

*Cõplura sunt in hanc rem auctorum testimonia Cicepro l. Manil. Tacit. 2. & 3. Hist. & 13. Annal. Dio Nicæus in Vesp. Xiphilinus in Epit. eod. Vesp. Plutarch. in Cleomene. Nicet. in Emanuele Comneno lib. 1. Paulus Iouius lib. 13. Hist. VI. pian. in l. 5. in causâ D. de Quæst. Iustin. Nouell. 149. Leo. Imp. Noue. 62. Iul. Polux 2. Onomastic. c. 5.

tui percepisse crediderim, quando mirabilis prudentia tua publicis necessitatibus contulit, quod Regni exinanitus status præstare non potuisset.

BELLVM hac tempestate nullum, nisi aduersus Sabaudia Ducem, Italicæ magis tuendæ pacis, quàm cupidine proferendi imperij, aut dignum ob præmium.

Tacit. 1. Annal.

Nàm apud Catholicum Regem nostrum, vt verum Dei cultorem, illa solùm bella parata sunt, quæ non cupiditate, aut crudelitate, sed PACIS studio geruntur.

S. Augustin. in lib. de Verbo Dom.

Cùm enim toties propè in manibus victoriam haberet, pacem non abnuit, vt sciant omnes, illum & suscipere iuste bella, & finire.

Liu. lib. 30. in Orat. Annib. ad Scipion.

Ergò qui desiderat pacem, præparet bellum.

Veget. in Præfat. lib. 3. de Re. Milit.

Siquidem sapientes pacis causa id gerunt.

Salust. ad Cesar.

Rectè enim eloquentiæ parens, si pace frui volumus, bellum gerendum est: si bellum omitemus, pace nunquam fruimur.

Philip. 7. in eundem sensum Thucydides lib. 1. i. bello enim pax magis firmatur.

Hanc vt in Italia firmaret Potentissimus Rex floridissimum, ac maximè strenuum parauit exercitum. Tibi quoque inter multa egregia non in ultimis laudum hoc fuit, quod præcipuum eius robur tui milites erant.

Liu. lib. 30.

Tacit. 4. Annal.

Hi sumptus, & infra proximi Apparatus Nautalis efficiunt summam ducatorum (liceat his intelligentiæ gratia uti)

350000.

† Per Legiones intelligo Tercios de Infantia, non quia in omnibus existimè eis similes esse: sed quia nō aliud melius nomen habemus, quod magis hodiernis Tercijs accedat. & quia sicut in legionibus non semper fuit idem militum numerus, nam variatum in occasionibus multis testimonijs ostendunt Guid. Panci. ad Not. Orien. c. 35. Lips. de Milit. Rom. lib. 2. dialog. 5. Stevvech. ad Veget. 2. c. 2. Eadem ratione Manipulos appello Companias de Infantaria, quia magis accedunt numero militum, quibus constabant Manipuli, & numero ipso Manipulorum, qui semper in legione 30. Agellius 10. c. 4. Lips. d. 2. dial. 2. Stevvech. ad 2. c. 13. auctaque legione augebantur Manipuli. Sic in hodiernis Tercijs nonnunquam 240. 25. aut 27. Companias. in quibus aliquando 100. 150. nonnunquam 200. 250. milites: cum ex vtroque, aut ex maiori aliqua necessitate temporis glisciant numero, & aliquando minuantur. Tacit. 4. Annal. in prin.

Tres Itolorum validas legiones, † ætatis, staturæq; militaris, quibus robur accedit, & animus, scribere iussisti. magnis tamen sumptibus, Nam constat voluntarium militem deesse: ac si suppeditet.

Veget. 1. de Re. Milit. c. 4. & 5. Cuiat. 11. Obseru. c. 5.

Veget. 1. c. 3. Liu. lib. 3. & 40. Tacit. 4. Annal.

Emi, non legi.

Idem 1. Hist. vbi de Galba.

Hispanorum vnā veteranam bellicosissimā, vetere pedestrem ferreum murum, prudentibus, & expertis ducibus traditas, magna diligentia, & eximia celeritate misisti.

Veget. 1. c. 30: 2. 17: 3. 14. Ammian. lib. 16.

Aa

Eorum

Eorum insuper Manipulos sex, iam antea transmissos, 200000.
per biennium Galliae Cisalpinæ aluisti.

Suet. Aug. c. 38. Calig. c. 16. Equitatus dilectum, ut iam iamque iturum egisti, cun-
Dioni. Halicar. li. 6. Histor. ctos seuerè, curiosèq; recognoscens. Verè inquam dilectum.
nam meliorem equitum partem separasti. Vidimus infi-
gnem pompam, & transuectionem equitum, qui per centurias, &
turmas diuisi, ordine equis insidentes, vehcebantur omnes, quasi è
pugna venientes. Egregium sanè dignumq; magnitudine Regni
spectaculum.

Hegeff. p. 3. c. 24.

Progrediebantur in bellū muniti undique. Tegitur galea caput,

Ammian. lib. 25. c. 3.

Ità diligenter aptata, ut imbracteatis corporibus solidis, ibi tā-
tū incidentia tela possent herere, quā per cauernas minutas, &
orbibus oculorum affixas, parcius visitur, vel per supremitates
narium angustī spiritus emittuntur.

Polyb. 6. Hist. ubi sic vertit
Lipf. lib. 3. de Milit. Rom.
dial. 5. Scio pennas, Ca-
sabybonus.

Apice plumeo in summo vertice ornata, sic vir duplo maior
apparet, & pulchra ea species sit, hostiq; formidolosa,

Silius 2.

———— Vibrant cui vertice coni

Albentis niueæ tremulo nutamine pennæ.

Pausan. lib. 1. Περικλέους
Scriptor Græcus apud Sui-
dam verbo Θώραξ

Lorica corpus. in qua due erant partes, vna pectori, & his
quæ circa ventrem apta; altera, ut dorso tegmen esset: & fibula
utramq; iungunt,

Ibid.

Hegeff. p. 3. c. 24.

Ut totum equitem ferteum faciant. Vbi feriat hostis militem
reperire non potest, quem ferro tectum circumspicit. nam

Claudian. 2. in Rufin. Sili-
lis locus Ammian. lib. 16. c.
item 16. Praxitelis manu
polita, crederes simulacra
non viros: quos laminarū
circuli tenues apti corpo-
tis flexibus ambebant: per
omnia membra diducti: ut
quocumque artus necessitas
commonisset, vestitus con-
gyneret inuictura cohaeren-
ter apta. & 25. c. 3.
Suidas d. ver. Θώραξ
Claud. 2. in Rufin.

———— coniuncta per artem

Flexilis inductis* animatur lamina membris,

(Horribilis visu) credas simulacra moueri

Ferrea, cognatoq; viros spirare metallo.

Adeò curiosè factum, sectumq; est ad naturam membrorum.

Par vestitus equis, ferrata fronte minantur,

Ferratosq; mouent securi vulneris armos,

Et iusso stat quisque loco, metuenda voluptas

Cernenti, pulcherque timor. —————

*St. Clauser. in Annotat. It.
O. 2. defendit antiquam le-
ctionem hēmasur. Lipf. 3.
de Milit. Rom. dial. 6. an-
imatur. Sed utraque lectio
elegans est.

His

His Cataphractis, seu Clibanarijs in exercitu nomen est, superne omnibus tectis equorum pectoribus demissa lorica, & crurum tenuis pendens, sine impedimento gressus à noxa vulneris vindicabat.

Nazar. Paneg. Constan. plura de his Lupt. 3. de Milit. Rostal. 6 & 7. Godeschal. Stevvech. in Comment. ad Veget. 1. c. 20. & 3. c. 23.

Iàm itineris dies publicè propositus, ità ut edictum penderet, ante dies quindecim ab Urbe exituri. deinde per ordinem mansiones, deinde stativæ, deinde ubi annonæ esset accipienda: & id quidem eò usque, quamdiù ad Galliam Cisalpinam veniretur.

Lamprid. Alex. Scue. c. 45.

Cui edicto subiecisti, quid in utrumque esset impendendum.

Plin. Paneg.

Cuncta summa diligentia prouisa, stipendia iàm Equitibus soluta, aliaque grauiissima impendia parata, quia per alienas ditiones transeundum.

Sed huic bello (quod laceßisse magis, quàm exercuisse Hispana arma constat)

Liui. lib. 21.

————— Pax optima rerum

Silius Italic. lib. 22.

Quas homini nouisse datum est: pax una triumphis

Innumeris potior —————

In bonis nostris rebus, illius dubijs, Inuieto Regi nostro ampla, ac speciosa danti finem imposuit. & ignoscendo clementiæ suæ magnitudinem auxit.

Liui. lib. 38.

Salust. Orat. Philipp.

Nam bellorum egregij fines, quoties ignoscendo transigitur.

Tacit. 12. Annal.

Tu verò Excell.^{me} Princeps instruendo bello intentus,

Idem 4. Hist.

Iudicio Regio, electioniq. respondens, ostendisti quàm fuerit indubitata perfectio, efficacissimis imperare, quod queritur.

Cassiod. 5. Var. ep. 17.

Simulque proxima prouidentia meruisti, ut quandocūque, vel inferre, vel propulsare bellum coegerit Catholici Regis dignitas, eligendus videaris, ac potissimū magnis, arduisque rebus præficiendus.

Plin. Paneg.

I A M quot quantisque sumptibus, quanto consilio, auctoritate, prudentia immanis Turcæ potentiâ, conatus, transitus, tam mari, quàm terra inhibuisti?

Tri-

Tacit. 2. Annal. ex quo sum-
pisse videtur Cassiod. 5.
Var. ep. 17. *terrorem pari-
ter, ac decorem.*

Triremes Regni *velis habiles, citas remis, quæ augeban-
tur alacritate militum in speciem, ac terrorem, per quinque
continuas expeditiones magnis sumptibus parasti.*

Tac. 4. Annal. Polyb. 1. Hist.

Hæ *valido remige instructæ, celeritate pollebant,*

Ibid.

*Fortissimoque milite dilecto è copijs terrestribus munitæ,
magno commeatu firmatæ, insignis tuo imperio, TVIS † AV-
SPICIIS progressus fecerunt.*

Q. Curt. 4.

Horat. 4. Od. 14.

*Te copias, te consilium, & tuos
Præbente diuos.*

Cassiod. 5. Var. ep. 17.

Hæ sunt *hominum domus aquatiles, exercituales pedes, qui
nullo labore deficiunt, sed inconcussos homines ad destinata per-
ducunt.*

Polyb. 1. Hist.

*Remos quasi alata sustinent ad inuadendum, & comprehen-
dendum Piratas;*

Cassiod. 5. ep. 17.

*Velaque facientia linum volatile, quorum beneficio confi-
ciunt ociosi, quod à celerrimis auibus vix probatur impleri.*

Hor. 4. Epit. Mil. 2. 12. 5. 2.

Quanta vigilantia, quanto studio classis infestæ aduen-
tum obseruabas, ac inquirebas; *in tutelam provinciarum,
præsidia, atque custodias ubique disponebas: mari præiacentes
equitatu firmabas, & naualibus copijs custodiebas!*

Idem 2. c. 17. & 4. c. 12. 5. 3.

Sint igitur alij Principes, vt volent, insignium titulo-
rum honore decorati, dùm tibi diuinum illum, & lon-
gè gloriosissimum DEFENSORIS relinquunt. Quia
DIFFICILIVS EST PROVINCIAS OBTINERE, QVAM FACE-
RE. *Viribus parantur, iure retinentur.*

Ouid. 2. de Remed.

*Non minor est virtus, quàm querere, parta tueri,
Casus inest illic, hic erit artis opus.*

Claud. 2. Stilich. Paneg.

Imò ——— Plus est seruasse repertum
Quàm quassisse decus ———

Cassiod. 1. Var. ep. 35.


De custoditis autem acquiritur laudata perfectio.

Idem 9. ep. 35.

*Fuisti nimirum provinciarum verissimus CVSTOS. nam
ille DEFENSOR propriè dicendus est, qui tuetur innoxie.*

Siqui-

† Cum Imp. ipse bello inte-
rerat, *dañu auspicijs* quo
suis illud gerere dicebatur.
cùm alius mandante ipso
suis *auspicijs* tantum, sic
elegantè diffunxit Tac. 3.
Annal. Ob *re: opta signa* illi
Vero amissa, *AVSPICIIS*
Tiberij. idè sic dictu quia
Rom bellicam Romani ad-
ministrari nq̃ *auspicio*
moluerunt. Cice. 1. de Divi.
plura in hæc sollemnia ver-
ba congerunt auctorum te-
stimonia. I. Lip. 2. Milit. Ro.
dial. 12. Brisson. 2. de Formis.
Cæterum illis, qui *auspicia*
dabant, omnis honor rei ge-
stæ à Ducibus, aut legatis
seruabatur. adeò vt nec
Imperator salutabatur, aut
triumphabat. Tacit. 2. An-
nal. Miles in loco præstij, Ti-
berij Imperatorem salu-
tans, quamvis Germani-
cus magnam eam de Ger-
manis victoriam adeptus
esset. & ab hac re statim
in Trophæi inscriptione le-
gitur, *Exercitij Tiberij Im-
peratoris ea monumenta
consecransse*; non Germa-
nici, qui ducebat. Obseruat
Lips. ibi not. 49. Vnde ex ve-
teri more aptè expressi Co-
mici nostro omnem gloriã
rerum prosperè gestarũ se-
uandam.



Siquidem CAMPANIA omnium planicierum felicissima, & ^{Strab. lib. 5. Geograph. Cosmus Anifus Neap. in. descript. Camp. sumpt. ex Plin. 3. Nat. Hist. c. 5. Quasi- lter Cāpania ora per se fe- luxque illi, ut beata amund- sasi ut palā sit uno in loco gaudēis opus esse natura. Strab. 5. Anifus.}

Naturæ opus gaudentis —————

Ob diuitias, & præstantiam multis certaminibus expetita.

Tam pulcra cunctos gemma transversos agit,

Ut probabile sit, quod in fabulis de hisce campis narratur: super-
eorum possessione Deos ipsos inter se pugnasæ propter amœni-
tatem, ac præstantiam, unusquisque* volens sibi adiudicari.

Ideò Turcæ spe prædæ illecti sæpissimè in Europam
transgressi, regionem istam grauissimè adflixerunt, & copijs
in terram expositis, multa oppida vastarunt,

Et maximam hinc reportarunt prædam, captiuos, & alia
plurima, iure belli capta, transmiserunt in Asiam.

Tuo verò tempore ab omni penitus damno mansit im-
munis.

Nam terror, & metus monent ab hoc Regno animos auer-
tere — cum ferociam, superbiamq; eorum admirationis tuæ fama.
cohiberes, qua orbem terrarum non pedibus, sed laudibus peragras.

Vident enim prouidum ducem, unum ex illis veteribus, &
priscis; quibus Imperatorium nomen addebant contecti cadibus
campi, & infecta victorijs maria.

An audeant? qui sciant te semper paratum, intentum,
ac in procintu esse. Nemo enim prouocare, nemo audet offen-
dere, quem intelligit expeditum, atque promptum ad vindi-
candum.

Ergò fortitudo tua, & follers præparatio præstat, ut nec ho-
stes nostri velint, nec eò insolentia, furorisq; processerunt, ut iram
tuam, indignationemq; mereantur.

Pulcrius hoc omnibus triumphis, neq; enim unquam, nisi ex
contemptu Imperij nostri factum est, ut vinceremus.

NONNE summum hoc tuum studium præparandæ
classis, nobis tam inconcussam securitatem dedit? Cùm

Bb

enim

Cassiod. 1. Var. ep. 17.

enim Tiresmes ordinariæ sufficere non viderentur, numerum ampliasti, quattuor insuper fabricari celeri perfectione iussisti, *ut penè quanta velocitate nauigari solet, constructio earum tanta sit celeritate completa.*

Tacit. 1. Hist.

In quibus SVBSIDIARIOS milites, idest, sepositam illam manum *iuventutis suæ armis, & more militiæ exercitam.*

Salust. Orat. 2. ad Cæsar, de Rep. ordin.

Quæ extrà belli tempus, in artibus, vitasq; varias disparatas res suas agunt, ad maritimas expeditiones euocasti.

Festus verbo stipendium.

Et quamvis extrà belli tempus *privato sumptu se alant,*

Liu. lib. 4. quem sic emendat; Lips. 1. Electorum 6. 3.

Cùm militant, sua *commoda* Ærarium tuum *iuvat*, si quidem oportet *rem familiarem saltem accrescere eo tempore, quo corpus additum, atque operatum Reip. esset.*

Tacit. Agric. prop. 5a.

LARGITIONES, seu remunerationes Magistratuum maiorum. nam vltra *salarium* eis *solutum* offerri, multa cõpendia defert benigni Regis nostri liberalitas, remunerationum, vel releuationis expensarum titulo, quando *dignitates sumptuose* ----- *necessitatem quandam nitoris imponunt.* *Debent enim secundum magnitudinem earum comitatu augeri: quibus non quidem augetur dignitas, ornatur tamen, & instruitur.*

Tacit. 3. Annal.

Nam, *ut quisq; opibus, domo, paratu speciosus, per nomen, & clientelas illustrior habetur.*

Maurobert. Paneg. Iulie.

At Catholicus Rex *studens, ut illi pro dignitate habitent, ut commodis affluant*, totum eorum onus sibi vindicat, & tanquàm verus parens omnes confert expensas.

Vopisc. Aurel. c. 9.

Maiora collaturus, si *pateretur sobria, & benè gerenda Resp.*

Cassiod. 6. form. 7.

Cic. de Fini.

Plutar. in Alex.

Liberalis quippe Principis est, ad beneficentiæ commodum transilire munificentiae terminos, quando sola est liberalitas, quæ *decorat, famam auget* — *benevolentiam conciliat, æternam gloriam, regnorumque firmamentum assequitur.*

Cassiod. 6. form. 7.

Huic enim ut alter *Largitionum Comes, donis presides*

Re-

Regalibus, ut quicquid ille donaturus est, tuo ministerio
utatur. scit enim quantum *liberalitatem* suam, tuo *decoras* Ibid.
obsequio.

Quis debitor *verecundus* ita *mutuum* ad diem reddit, ut tu Pacat. Paneg. Theod.
quæ immensè per *momenta pietatis* magnus Rex largitur? Cassiod. 6. form. 7.

Ut nec *unū* inuenire possumus, cuius *spem*, atque *expectationē*, Pacat. Theod.
non dicam *sefelleris*, sed quæ *delicatiores* est *querela*, *distuleris*.

Et, ut *publicus parens*, in alios etiam *Magistratus Regalem* Symmach. 4. ep. 128
prouocas largitatē. Quo ergo mihi ore celebrandus es, qui *fastigio ho-*
norum iure conspicuus, aliorū quoque *instruis apparatus*? Cogitas
enim *ceteris seculi bonis etiam priuatorum munia* debere congruere.

Itaque Domino nostro Philippo I I. Catholicæ fidei de- Ibid. 7
fenfiori, *benefaciendi semper addis calorem*, curasque *inuictum*
Principem ministrorum mediocritatem muneribus incitare.

400000. STIPENDIA militum, *triremum*, *arcium*, & omnium
stipendiariorum *retrò debita exoluisti*, Capit. Pertin. c. 91

300000. Ut cum omnibus etiam creditoribus *fiscalibus*, & sub-
ducere *rationem*, & amputares, *soluendo*, & *quod deberi* Plin. Paneg.
non tuo seculo cæperat.

NEC solūm in *Ærario* tuo *ordinariæ*, *extraordina-*
riæque Regni expensæ subsidium habent, sed quod mira-
bilis est, aliorum Regnorum *publicæ necessitates* huc
confluunt, & excussis primum suis facultatibus, cum pro-
prijs oneribus non sufficiunt, non erubescunt in te præsi-
dium quærere, & ad *Ærarij tui affluentiam* urgente neces-
sitate confugere.

Est ergo *adhuc locus unus*, in quo *eximia prouidentia*, Ibid.
tua fecit, ut nostris, & alienis sumptibus pares simus, nam Cicero pro L. Manili
ceterarum prouinciarum vectigalia, tanta sunt, ut ijs ad ipsas
prouincias tutandas vix contenti esse possimus.

Vnus est Fiscus, diuerse tamen sunt *stationes*, id est, *mansiones*, Cuiat. ad tit. C. de Compensat.
in quibus *officia fiscalia consistunt*, sed quod vna statio impen-
dit, id altera soluere non debet, ne *officia fiscalia confundantur*. L. 1. C. eod.

Sola

Sola hæc in aliarum beneficium, & præcipuam tuam gloriam excepta videtur, quando experientia docuit, illas omnes nisi opibus huius Regni tua frugalitate perennibus sustentari non posse, & in tuis manibus, vel copiam, abundantiamque earum, vel necessitates, & misérias esse.

Plin. Paneg.

IAM reditus in gratiam, aut remunerationem concessos, quos insolitus casus abstulerat, quanta benignitate, quantaque diligentia restitui curasti? & si non calamitatem, *at mala calamitatis exturbas: si non fecunditatem, at bona fecunditatis importas.*

Plin. Paneg.

Initio itaque laudatissimæ Præfecturæ tuæ omnes exactiones unicuique publicæ necessitati deputasti. quod sane in hunc locum repetere institui. non quia *ut in sterili, ieiunaque materia eandem speciem laudis diducere, ac spargere, atque identidem tractare debeamus.* sed, ut propositæ sumptuariæ narrationi exactè satisfacerem.

In hac ergò NOVA ASSIGNATIONE emptores reddituum fiscalium, ab his qui aliquid annuum in gratiam acceperant, iustissimè separasti; multum interesse arbitratus, emat quis, an lucretur.

Illis tributa, aut vectigalia, quæ nulla cœli intemperies, nulla sterilitas, aut infecunditas, nullus denique casus facit caduca, sed certam, firmam, atque uniformem semper causam habent: his verò, quæ varia, & minus firma sunt, destinaſti.

Idem r. ep. vii.
* alias magis

Graue enim erat, qui emerant à fortunæ casu pendere: tolerabile in eis, qui beneficio Principis reditus consequuntur. nam æquiore animo ferre debent homines, cum non tam feliciter beneficio uti possunt, quàm cum malè pecuniam suam collocarunt. *mala enim emptio semper ingrata est, eò * maximè quòd exprobrare stultitiam domino videtur.*

Quapropter diligentissima circumspectione tua, & accurata consideratione, statos reditus, ac uniformes credito-

ditoribus referuasti, intuitus opinor vim, legemque iustitiae, quæ semper onerosam causam lucratiuæ præferet.

Vincencius Carocius plures referens lib. vii. Decisionū, Casu 1. nu. 9.

Hæc sunt FEVDA, quæ mortuo vasallo sine heredibus Regi vacant.

Cuiat. lib. 1. de Feud. tit. 9. de Const. Neap. loquens.

OFFICIA, quæ in commercio sunt, & vendere Fiscus ad vitam ementis solet.

Vectigal è Pastione, siue *SCRIPTURÆ Apuliæ Dauniæ, quæ tam opima est, & fertilis, ut & ubertate agrorum, & varietate fructuum, & MAGNITVDINE PASTIONIS, facile omnibus terris antecellat.

Polyb. 3. Hist.

Cice. pro L. Manil.

*Causam vocis Festus explicat: Scripturarius ager, inquit, publicus appellatur, in quo ut pecora pascantur, certum a. est. quia publicanus SCRIBENDO conficiat rationem cum pascere.

Tota ista regio omnium rerum abundè est ferax, equos habet, & oues præstantes: lanam habet Tarentinæ mollicie anteeuntem, cedentem splendore: est autem regio ob CAVITATEM CAMPORVM TEPIDA.

Strabo lib. 6. Geograph. circa fide Apulia.

Ideò commodissima ad hibernam pastionem. itaque greges ouium longè abiguntur ex Apulia in Samnium æstiuatum, atque ad publicanum profitentur, ne si inscriptum pecus pauerint, lege censoria committant.

M. Varro de Re. rusti. lib. 3. c. 1.

Vectigal certè olim, & hodiè inter prima, & magna; sed incertum, quia armenta, & greges casibus multis obnoxij, fraudibus, rapinis, pestibus, quæ tam crebra, tamq. validæ sunt, ut sæpè totos greges, totaq. lacerent armenta: nota pestis, quam Lucretius, quamquam illum sequens Maro descripsit. & quam multas putas famosas minus scriptorum penuria, * sed damnosas aequè.

Appian. 1. Ciui.

Franciscus Petrarcha dial. 39. de Greg. & Arment.

Lib. 6. de Re. Natur. Lib. 3. Georgic.

Igitur Apulia, pascendis, augendisque armentis, ac gregibus, ita gloriata est, ut non hyemem, non cœli rigorem timeret. Siquidem propria semper, ac mira temperie aprica, insigni ubertate pinguescens, tanta herbarum copia induebatur, ut cum feracissimis terris quasi nunquam cessura certaret,

Plin. Paneg.

Totum hiberno tempore pastioni diem nulla pruina impediens, aut vi ventorum placidam, amœnamque oram-

Varro lib. 2. de Re. rustic. c. 1.

Cc

turban-

*Imò nulla alia res magis est Scriptorum omnium ingenio elaborata, ut bene dicitur Delirius præcipuos fortis in hunc quasi communem artem ostentanda campum excurrens. ut sunt præter Lucret. & Virg. Homer. Iliad. 1. Ovid. 2. Metam. Senec. Tragic. prin. Oedipi. Sophocles Oedipo Tyranno. Lucan. 6. Silius 14. Manil. 1. Seuer. Reht. Carm. de Mort. boum. tom. 8. Bibliot. sed & Historici Tucydides 2. & alij. Magnæ res, quos numerare labor. Mar. 8. 56. Vide Iul. Cæs. Scalig. 5. Poetices c. 11. ubi singula de pestilentia Poetarum loca inter se comparat. Id solum adijciam æmulationem talis incensus labor ante homines interire. Ammian. 19. cap. 7. Liu. 4. Plutarch. 4. Sympliciacom. quælib. 1. Herodian. 1. Cedren. in. Phoca. Claud. 1. in Rustin. & omnes fere poetas supra relati.

turbante, non minus fecundè, quàm securè præstabat.

Hæc inusitata frigoris immanitate rigens vsq̃ue ad iniuriam calamitatis peruenit, quia sæua hyems gelu virentia prata operiebat, durataq̃ue glacie, pascua magnis gregibus denegabat.

Virgil. 3. Georgio

*Interea toto non secius aëre ningit:
Intercunt pecudes: stant circumfusa pruinis
Corpora magna boum: confertoq̃ agmine cerui
Torpent mole noua, & summis vix cornibus extant.*

Scythis, Mæotisque tunc quidem illa terris conferenda.

Ibid.
Plura de frigore harum regionum Strabo lib 7.

*Illic clausa tenent stabulis armenta, neque vllæ
Aut herba campo apparent, aut arbore frondes:
Sed iacet aggeribus niueis informis, & alto
Terra gelu latè, septemq̃ assurgit in vlnas.*

Lucr. 6. de Re. nat.

Indè cateruatim morbo, mortiq̃ dabantur

Columella lib. 7. de Re. rust. c. 5.

Oues, quæ frequentius, quàm vllum aliud animal infectantur scabie, quæ ferè nascitur, sicut noster memorat Poëta.

3. Georgio

*----- Ubi frigidus imber
Altius ad vinum per sedit, & horrida cano
Bruma gelu. -----*

En causam retardatæ solutionis, cùm per totum triennium, tùm Feuda nulla, officia pauca caderent, tùm scripturæ vectigal magno omnium damno diminueretur. Sed quid dicam, aut quomodo dicam curâ, & sollicitudinem tuam, vt huic detrimento, calamitatique succurreres?

Cicero. pro L. Manil.

Agebantur certissima Regis nostri vectigalia, & maxima: quibus amissis, & pacis ornamenta, & subsidia belli frustra requiruntur: agebantur bona multorum ciuium, quibus est à Rege, & à te, consulendum.

Itaque multo studio pro omnium salute, & Regni dignitate ea conseruare, sustinere, & à calamitate defendere curasti.

At

Idem expressit Oppian. lib. 1. Hal.
Vt autem quando spatiosè obtexerit nimbis campū Occidit Tephros: velos rotant, nimbique terra Nigra conspectus apparet, veram tota Cædida nimbis densis cooperita est.

*At sicut maris , cæliq; temperiem turbines , tempestatesq; com-
mendant ; ità ad augendam prouidentia tua gratiam , illam
calamitatem præcessisse crediderim.*

Plin. Paneg.

*Habet has vices conditio mortalium , ut aduersa ex secundis
ex aduersis secunda nascantur . Occultat utrorumq; semina Deus ,
& plerumque bonorum , malorumque causse sub diuersa specie latet.*

Ibid.

Et cum pro tua beneficentia , non minus inuidiosum
putares annuos reditus in præmium , aut gratiam conces-
sos differri ; ità enim maxima Regis nostri beneficia verte-
bantur in grauissimas querelas , & dona , aut largitiones in-
star erant odij , & paupertatis , cum earum spe illecti sum-
mo labore , & sumptibus Neapolim relicta propria patria
commearent : remedium adhibuisti , ut quod calamitas
abstulit , tua liberalitas , tuaque prouidentia restitueret.

Ibid.

Fuit igitur humanitatis tuæ , magnum illorum numerum
damno prohibere : sapientiæ , videre , quibus ex pecunijs
solui possent , tam ample summa quibus Fiscus reliquatus erat.

I 20. §. I. liberto D. de Instr.
vel Instrum. leg.

*Sed ut est difficultatū penè omnium diligens ratio victrix : mul-
ta mente versans , & varia , non id tantum reperijt solum , sed
& multa alia , quæ nulla omnino oratio exprimere potest.*

Ammian. lib. 17. c. 17.

*Ut prius defessi sint homines laudando , atque admirando mi-
nificentiam , curam , ac prouidentiam tuam , quam tu fa-
ciundo , quæ gloria digna essent.*

Salust. in Orat. 1. & 2. ad
Cæsar. de Rep. ordi.

*Sed si terris diuinitas * quedam , solum illud precor , ut hac
Proregis nostri benignitate contentum , molli gremio semina re-
condat , multiplicata restituat ; herbarum vberem copiam
gregibus , & armentis indubitata securitate subministret.*

Plin. Paneg.

*Non equidem reposcimus sænus , putet tamen esse soluendum :
fallacemque unius anni fidem , omnibus annis , omnibusque po-
stea seculis , tanto magis , quia non exigimus , excuset.*

Ibid.

SATISFACTVM , quæ creditorum Iustitiæ , quæ gratiæ
utilitatibus , omnibusque simul publicis necessitatibus , or-
dinarijs , extraordinarijsque impendijs mira pecuniarum
copia

* Ex opinione antiquorum ,
qui singulis regionibus suas
Deas , in quarum tutela ef-
fent , deputabant.

Hæc omnia supradicta , quæ
in hoc anno vitæ ex cæcis
ordinarijs erogauit Excel-
lens Prorex , effa sunt summam
duorum millionum , & tre-
centorum milium quatuor-
centorum.

Suet. Calig. c. 38.

copia subuentum, adeò vt vltra solitas erogationes ferè
noningéties HS. *non toto vertente anno ex militari Ærario, 2.300000.*
& Arca ordinaria, tanquam ex vberimis fontibus emanarunt.

Tacit. 3. Hist.

Onerasset alius Regnum his tam magnis sumptibus,
qui *necessitate armorum,*

Idem 1. Hist.

Vel *presentium rerum, & instantibus curis excusati,*

Idem 2.

Sæpè etiam in pace mansere.

Plin. Paneg.

Tu quotidie admirabilior, & melior: talis denique, quales alij
Principes futuros se tantum pollicentur. Solum ergò te commendat,
augetque temporis spatium.

Ibid.

Sedulò igitur vitasti hunc casum,

Tacit. 1. Hist.

Ne sentiret paulatim belli mala, conuersa in militum usum
omni pecunia, intentis alimentorum pretijs.

Vopisc. Aurel. c. 48.

BENE olim, & in tempore dictum, in uno anulo bonos
Principes posse perscribi, atque depingi.

Auson. apud Symmach. lib.
1. ep. 26. ex quo transcripsit
Ennod. Ticién. in epist. ad
Constant.

In quo nomen tuum scriptum GEMMAM esse credide-
rim. Quis enim illorum adeò nitet, vt comparatus tibi non sor-
deat?

Idem Auson. ibid.

Tantum te vltra emendationem omnium protulisti.

Plin. Paneg.

LOCVPLETABANT olim, & Fiscum, & Ærarium,
non tam Voconie, & Iulie leges, quam Maiestatis singulare,
& unicum crimen eorum, qui crimine vacarent.

Tacit. 3. Annal.
* Idem, *augendis*, Lipf. in.
Excur. lit. C. ambigit tamè
an possit rescribi, *incitandi*
caelibes pœnis, siue *intenda-*
dis caelibum pœnis. Iosias
Mercerus *incitandi costu-*
bum pœnis.
Ibid.

Et Papia Poppæa, quam senior Augustus post Iulias rogationes
* *incitandis caelibum pœnis*, & AVGENDO ÆRARIO sanxerat.

Sed sexto demùm Consulatu, iam potentie securus. nam cùm
Triumviratu,

Suet. Aug. c. 34.

Aliquantò quàm ceteras seueriùs emendasset, præ tumultu re-
cusantium perferre non potuit; nisi adempta demùm, lenita uè parte
pœnarum: & vacatione triennij data, auctisque præmijs.

Terrell. in Apologe. c. 4.

Vanissimas profectò leges, quæ antè liberos suscepi cogunt,
quàm

Epist. Ciuit. Bar. & Regi.
Essendo soprauenute ac-
cidentalmente le gran pre-
monizioni, e promissioni, ch'è
stato necessario farsi per
l'armata Turческа di mo-
nitioni, e gente, & li moti
moti della guerra di Li-
bardia con l'ena di tanta
Infanteria Italiana, che
minore di queste cose per lo
passato solena mettere in
scampiglio, nè solamint' al-
signatione di giustizia, nè
le facoltà particolari per
la gran prouidenza di d-
vato Ministro, non h'è su-
bito disturbo per il Rego,
nè posto mano all'assigna-
tioni stabili in queste no-
ue reforme, tanto per l'As-
segnatarij di giustizia, co-
me per la gente ordinaria
di guerra.

quam Iulia matrimonium contrahi. quamobrem post tanta auctoritatis senectutem Seuerus constantissimus Principum exclusit.

Nec ideo coniugia, & educationes liberum frequentabantur, praua^{*} orbitate. Ceterum multitudo periclitantium gliscebatur, cum omnis domus delatorum interpretationibus subuerterentur: utque ante hac flagitijs, ita tunc legibus laborabatur.

Qui inditi custodes, & lege Papia Poppaea † premijs inducti, (ut si) à privilegijs parentum cessaretur, veluti parens omnium populus vacantia teneret. sed alius penetrabant, urbemque, & Italiam, & quod usquam ciuium, corripuerant: multorumque excisi status, & terror omnibus intentabatur.

Mirari hic libet, quanta introduxerit Augustus, quanta excogitauerit, & inuenerit Aërii augendi, & replendi gratia! quas pœnas intenderit, auxeritque! quos auaros quæstus, & supra modum auidos, impuros, ac sordidos instituerit! ut sic ditatum, stupendis, & supra humanam fidem^{*} profusionibus, inaudito ambitionis exemplo exhauriret.

Falluntur certè, quibus luxuria specie liberalitatis imponit. Perdere ista sciet, donare nesciet.

Nam liberalitas, ni adsit modus, in exitium vertitur.

Horum omnium tu metum penitus sustulisti, contentus antiquis, & vſitatis exactionibus; his tantum Aërium tuum imple, his solis omnibus erogationibus abundat: nulla eo augendo sancita lex, nullum nouum vectigal excogitatum.

Istud verò cuius miraculi est? neminem ullum in tanto rerum paratu sensisse dispendium, in omnia pecuniam à Prorege depromi, illinc ad vniuersas publicas necessitates fluere diuitias, quò bonorum etiam Imp. temporibus undiq; confluebant.

Sed qui vitæ tuæ instituta, rationemq; cognouerit, facile fontem copie huius inueniet. MAXIMUM TIBI PRÆBET PARSIMONIA TVA VECTIGAL.

Tacit. 3. Annal.

*Quia orbos captabant, co-
lebantque Sene. in Consolat.
ad Martia c. 19. In ciuitate
nostra plus gratia orbis
ciferet, quam eripis. Adedq;
senectutem solisudo, qua so-
lebas deſtinare ad poten-
tiam ducis, ut quidā odia
ſtiorum ſimulent, & libe-
ros eiuſdem (itā bene Gru-
terus) & orbitatem manu-
faciant. hinc ſæpe iocatur
Martial. 2. 32: 1. 45. & 84.
ac paſſim.

Tacit. 3. Annal.

*Ita doctè in locū viſi re-
ſtituit Ferrerius ibi. quem
ſequitur Lipſ. in Exc. lit. C.
Marcell. Donatus (ſibi at-
tribuens) Murerus, & Aci-
dalius qui alia adit. Vertra-
nius ne ſi.

*Quas doctè congerit dili-
gens, & elegans I. Lipſ. in
Admirandis lib. 2. c. 13.

Tacit. 1. Hiſt.

Idem 3. Hiſt. in 6.

Mamert. Paneg. Iulij

Ibid.

Dd

IN-

Calliod. 6. Var. form. 23.

INTER cetera vigilantiae, ac industriae tuae praecleara inuenta, & ordinatarum rerum obstupenda praeconia, hoc cunctis laudibus meretur efferri, quod huius fidelissimae Ciuitatis annona perpetuae * mire consuluisti, reperto, firmatoque modo, quo frumenti copia, ac affluentia semper sit.

Aurel. Vi&. de Caesaribus c. 13.
Niceph. Grego. 9. Histor. c. de Logotheta exilio.

* Similis locus Dionis Hist. li. 60. de Claudio. Fama ingenti exorta, non modo ad praecus tempus copia alimentorum, verum in perpetuum etiam profuerit.

Plin. Paneg. Appian. de eod. 2. Ciuil. Hinc quoque auctus est iam gloria, quam possidet. Calliod. li. 6. Var. form. 23. Copia quantitate promissa, usque ad rerum peruenisse fastigia.

Huius aliquando cura Pompeio non minus addidit gloriae, quam pulsus ambitus campo, exactus hostis mari, Oriens triumphis, Occidensque lustratus:

Ibid.
Cice. pro l. Mani. quo die a vobis maritimo bello praeposuit est Imp. tanta reposita uilitas annona ex summa inopia, & caritate rei frumentaria consequuta est, unius spe, & nomine, quanta vix ex summa uerbisio agrorum diuturna potest efficere potuisset.
Aurel. Vi&. de Caesarib. in princ. sumpsit Tac. 1. Annal. ubi militem donis, populum annona, cunctos dulcedine oris pellentis.
Velle. Patere. 2. c. 94.

Quia merito singularis est amor populi, cum potuit a penuria liberari. Hinc ille gratificationem meruit, plausumque populorum. Hinc unice semper amatus est, & in gratia ciuium, omnium vicit facta maiorum: qui ne aliquando in honore diceretur cum nominis taxatione, vocabatur & MAGNVS.

Huius etiam curanda specie, Octavianus Augustus plebem haud difficulter subegit, & Tiberius iuuenis adhuc documentum praestitit, quantus euasurus esset.

Liu. lib. 2.

Dion. Halicarnas. lib. 7.

Et re altius repetita, post eiectiones Reges Senatus Romanus per haec blandimenta optimatum statum firmavit, omnesque motus sedauit, quia in annonae uilitate populi concordia sita est.

Plin. Paneg.

Nec verò illi ciuilius, quam Prorex noster, auctoritate, consilio, fide, recluserunt vias, portus patefecerunt, itinera terris, litoribus mare, litora mari reddiderunt, diuersasque gentes, ita commercio miscuerunt, ut quod genitum esset usquam, id apud omnes natum esse videretur.

Tacit. 4. & 6. Annal. Suet. Claud. c. 18. & in Aug. c. 25. Senec. de Breuit. vitæ c. 18. Ammian. lib. 21. c. 24. Symmach. 4. ep. 18. 1. 6. & 6. ep. 18. Calliod. 6. Var. form. 6. & 18. Idem in Praefatione ad lib. j. Variar.

NIHIL popularibus querelis, seditionibus, & tumultibus, accomodatius, quam grauis, aut arctior annona.

Hanc supra omnia populi plus requirunt, studentes ventri, non auribus.

Tacit. 4. Histor.

Iuuenalis Saty. 10.

Nam vulgò una ex Repub. annona cura,

----- duas tantum res anxius optat
Panem, & Circenses -----

Sub

† Epist. Ciuit. Bar. & Reg.
ad Cath. Regem nostrum.

Il per uisito de q̄sto numero-
so populo fundò l'annona
prouedendo in vn' istesso ti-
po al bisogno di questa fide-
lissima Città, e di tutto
l'Vniuersità del Regno, dal
che è nata una continuata,
e generale abbondanza pel-
le cose, comestibili, della
quale non se ha memo-
ria per il passato, da molti
secoli in qua, &c.

* Ann. 1546. sub Excell. Petri
de Toledo Præfatura Nea-
poli populares tumultus, q̄
ab Annona primū, deinde
à Sancta Inquisitione infe-
renda profecti sunt.

Anno 1561. sub Excell. Pe-
raño Ribera tanta anno-
næ caritas, vt magnam ci-
uiū attulerit internicionē.

Anno 1584. sub Excell. Pe-
tro Gironi Ossunz Duce
Popularis electus, quod rei
frumentariæ malè consule-
rit, per Vrbe à plebe miris
modis raptatus, & occisus.

Anno 1597. Quod Excell.
Henricus Gulmanus Oli-
uarenfius Comes de extra-
hendo frumento cogitaret,
quodque ex Sicilia suū ipse
aduexerat, ciuili tumultus,
ad Regemque querela.

Anno 1605. quod Franci-
scus Blancus cui cōcredita
annona fuerat, horrea ex-
poliauerat, tantūm zruina-
rum sub Excell. Alfonso Pi-
mintello perpeti opus fuit.

* Conuenit Noua Resp. 18.

Donde antes se hauian sa-
tas perdidas, que ha causa-
do el empeno en que oy se
halla la dicha Ciudad de
ONZE MILLONES Y ME-
DIO DE ORO, que la sie-
men impossibilidad de cū-
plir con sus cargas, y obli-
gaciones.

*Sub te tamen, ita iugiter † copia necessariorum exuberauit, ut nulla saltem leuia murmura super inopia victui congruentium orirentur, quod assidue Neapoli * contingebat.*

(Nescit plebs tacere: quando interdum, & hoc loquitur, quod à nemine perpetratur.)

Vincunt copiae mentium desideria.

Vbiq̄ redundat panis copia, & tam magnus populus, tãquam una mensa, satiatur.

*ISTAM annonæ curam hæc fidelissima Ciuitas sollicitissi-
mè semper egit.*

*Sed dùm infecunditati terrarum, aut asperis maris obuiam
iit, quantum impendio, diligentiaq̄ poterat,*

*Immensum, & incredibile æs alienum, aliorum Prore-
gum temporibus, contraxit. debet enim * quater millies qua-
dringenties HS.. quod tibi summè displicuisse cognoui-
mus. Est namque gaudium tuum, illius quies, suauè lucrum,
si nesciat incommoda.*

*Vrbs ornata multitudine ciuium, abundans marinis, terre-
nisq̄ delicijs: ut dulcissimam vitam te ibidem inuenisse dijudi-
ces, si nullis amaritudinibus misceatur.*

*Hæc, inquam, vt prouisionem annonæ faceret, cùm
præsentem pecuniam non haberet, redditus annuos super
prouentibus suis vendere consuevit. sic emptio frumenti, ipsos
Reipublicæ neruos, exhauriebat Aerarium.*

*Ioseph legimus contra famem funestam, emendi quidem tritici
dedisse latitiam, sed tale posuisse pretium, ut suæ subuentionis aui-
dus, se potiùs venderet alimonia mercaturus.*

*Quale fuit, rogo, tunc miseris viuere, quibus acerba subuentio
libertatem suam videbatur adimere? ubi non minus ingemuit
liberatus, quàm potuit flere captiuus.*

*Credo virum sanctum hac necessitate constrictum, ut &
auaro Principi satisfaceret, & periclitanti populo subueniret.*

Pace

Ammian. lib. 26. c. 8.

Cassiod. 6. Var. d. form. 18.
Senc. de Breuit. vi. c. 18. Cū
ventre humano sibi nego-
tium est: nec rationem pa-
titur, nec aequitate mitiga-
tur, nec ullā prece flectitur
populus ejuratus.
Cassiod. 11. ep. 5.

Idem 6. form. 18.

Suet. Claud. c. 18.

Tacit. 4. Annal.

Cassiod. 6. Var. ep. 34. & 11.
5. Lati esse non possumus,
nisi & illos gaudentes com-
muniter audiamus.

Idem 6. epist. 23. loquens de
hac Ciuitate Neapolitana,
repetit eadem fermè verba
de Vrbe Rom. 11. ep. 5.

Flor. 3. c. 13.

Cassiod. 12. Var. ep. vlt.

Ibid.

Ibid.

Ibid.

Pace tanti patris dixerim, quanto praestantius est, suos redditus alienare, indigentiam quærere, & quodammodo libertatem vendere, ut populus iste, antiquis delectationibus assuetus, beatissimis regnantium temporibus, explosis necessitatibus, perfruatur?

Idem 11.ep.7.

Idem 12.ep.vlt.

Tribuit itaque largitas publica copiosè frumentum, quod ille parcissime vendebat, pretium quod vos oblectat, imponit: vilius distrahit, cum magno emit, & cum esuriens parat us sit carius comparare.

Ibid.

O nouum praedicationis euentum! Affectu damni negociatio prouenit, & votum est vendenti magis perdere, ut quaestum comparans valeat inuenire.

Ibid.

Talia profectò Ciuitatem decet tractare commercia, talem conuenit nundinationem exercere pietatem, ut tunc minus acquiescat accipere, quando emptor plurima praecipitatur offerre.

Ibid.

Sed adhuc te praedictum ornat exemplum: adhuc est in qua parte superetur. Legitur enim Ioseph fratribus suis tantum saccis occulta pretia reddidisse, quid mirum si natura compellante proximis suis humanior visus est extitisse?

Ibid.

Hæc autem cunctis largè vendidit, pretium debitum ferè reliquit. Et plus ista generaliter contulit ciuibus quàm ille solis visus est prestitisse germanis. Breuiter dicantur effusa, hinc bona sua discat vniuersitas: quando non Regibus comparantur nostra secula, sed Prophetis.

Tacit. 19. Annal. ubi legit
Lipf. *sustentares*. sed libri
omnes *sustentares*.

1. Vlt. §. Item rescripserunt
D. de Administr. ad Ciui.
pertin.

1. §. vlt. D. de Peculio.

Quos audiuisse se Proculus
refert in L. 79. D. de Leg. 3.

* Sic Flor. in alijs legitur
reponeretvr.

Igitur quo securitatem annonæ sustentares, & sumptibus, ac damnis huius fidelissimæ Ciuitatis obuiam ires CC. aureorum M. ex redditibus eius separasti, ac frumento comparando destinasti, & in alios vsus conuerti prohibuisti.*

*Vt annona proprium veluti peculium separatim à ceteris rationibus haberet. nam sapienter rustici senes dicebant, pecuniam sine peculio fragilem esse, peculium appellantes, QVOD PRÆSIDIÏ CAUSSA * SEPONERETVR.*

Emit ex eo Ciuitas† quicquid necesse est, suo tempore

* Noua Ref. p. 18. Tomando
exiplo del buen suceso, q̃ ha
sido la separacion de bol
sas, que hemos hecho en la
hazienda de la Ciudad de
Napoles, sacando docientos
mill ducados para la compra
de Grano para la prouision
della, cõ la qual hemos pas
sado los dos años, y van pa
ra tres de nuestro gouerno
con abundancia, y quie
sda, &c.

† Epist. Ciuit. Bar. & Reg.
Es non era minore il per
icolo in che si ritiraua q̃ta
fideliss. Città, & sueto l'è
uerisà del Regno, alle qua
li mancua la possibiltà, &
il credito, come per il pajo.

io, per nò poterfi prouedere anticipatamente nelli tēpi debiti del vitto ordinario, effendo li popoli così numerosi succedendo un'accedente di mancamento, si lascia considerare a V. M. quel che potera succedere, &c.

pore, & in locis quæ nascuntur prouisionem annonariam facit.

Trebell. Poll. de Tyrann. c. 18. de Balista.

Reponitur omne, quod ad victum quaritur: facile priuatus necessaria reperit, cum se publicus apparatus expleuerit.

Cassiod. 12. Var. ep. 25.

Indè copia, indè annona, de qua inter licentem, vendentemq; conueniat: indè hic satietas, nec fames usquam.

Plin. Paneg.

Hanc pecunia separatiōnem prudentissimè Princeps, quod alimenta Neapolitanæ plebis tam certo subsidio firmasti: nullus est enim magno Principe, immortalitatemq; merituro, dignior labor, aut laudabilior cura, quàm quæ ciues respicit, fouet, amplectitur: frustra que procures, plebe neglecta, ut defectum corpore caput, nutaturumque in stabili pondere, tuctur.

Rectè prouidentissime Princeps, quod alimenta Neapolitanæ plebis tam certo subsidio firmasti: nullus est enim magno Principe, immortalitatemq; merituro, dignior labor, aut laudabilior cura, quàm quæ ciues respicit, fouet, amplectitur: frustra que procures, plebe neglecta, ut defectum corpore caput, nutaturumque in stabili pondere, tuctur.

Ibid.

Ibid.

Nihil non excogitasti, ut rei frumentariæ copiam faceres, & tamquam in summa sterilitate cauisti, ne vnquam mala, infecunditatis, aut infesti maris sentiamus. Tanta tibi benefaciendi vis, ut prouidentiam, & vigilantiam tuam necessitas amuletur.

Suet. Claud. c. 18. Tacit. 6. Annal.

Velle. Patere. 2. c. 77. Plin. Paneg.

Nihil triste saculo tuo euenit, omnis usibus nostris annus exuberavit, — nam cum omnia ubiq; secunda merearis,

Ibid. Tac. 13. Annal. de Claudio. Nihil regie eo Reip. iræ se ab externis accidisse. Vt hæc opinio sub bono Rege omnia secunda, casus aduersos relictis, adignare solebant, sic de Burgundionibus, & Aegyptijs Ammian. lib. 28. c. 30.

Homerus Odysseus.

Sicut percelebris Regis, qui numina curat.

In multisq; probisq; viris iura equa ministrat,

Ipsa illi tellus nigricans, prompta, atque benigna,

Fert fruges, segetesque, & pomis arbor onusta est,

Proueniunt pecudes, & suppeditat mare pisces.

Manifestum tamen est, si quid aduersi cadat, tuis laudibus, tuisque virtutibus, materiem, campumq; præsterni. cum secunda felices, aduersa magno probent.

Plin. Paneg.

At quo, Deus bone, temperamento, quo beneficio hoc annonæ peculium separasti? licet enim in rem Ciuitatis versum sit, tamen beneficentiæ tuæ summæ auferre ei aliquid videbatur. Ideo statim velut ob impenas magnam compensationem * facere curasti XC. M. annua præstitisti.

1. 3. S. 1. & 2. D. de in Re. ver. so. ibi velut si tributum acciperis. &c.

Dixi supra pag. 78.

*Conuenit Noua Ref. p. 18. La recépense que le d'noy de NOUENT. A MIL DE CADOS de rente, par les DOCTEURS MIL de principal, q'le facimus de une vte, par la d'cha cause.

Ingens profectò, & inusitatum Principis meritum,

Ec

intel-

Cassiod. lib. 6. Var. ep. 23.

intelligere detrimentum esse, quod magna utilitas est, ut maiora lucremur, ingentiaque beneficia concedat: *tot emolumentorum commoda serere, ut securitatem annonæ colligamus.*

Hæc non ex nouis vectigalibus, aut super indictionibus, sed à tua prudentia, & mira regendi, administrandi que arte excogitata, ac reperta egregiam famam curæ tuæ dederunt, quæ in omnia pariter intenta, & ad subleuandum præcipuè accincta, remedium, salutemque rebus etiam deploratis inuenit.

Idem 5. ep. 39.

Operas namque, ac impensas pistorias, & mercedes vendentium panes in officinis, antea quidem plures, ac magnas, ad pauciores numerum, & moderatam pretij quantitatem contraxisti; ut nec Ciuitas nimium grauaretur, & iusto compendio fouerentur illi, qui distrahunt. sic prudens administratio, & singularis rerum dispositio, *præconium probatur esse Proregis.*

Cassiod. in præfat. ad lib. 1. Variar. Vulcatius Gallicanus in Ausidio Cassio. c. 5.

HÆC tibi popularis annonæ inexplicabilis cura, quid dicam de militari? *Omnis siquidem parata est, neque quidquam deest sub bono duce: non enim multum, aut queritur, aut impenditur.*

Capitolin. in Gordian. III. c. 23.

Ibid. c. 28.

Mirabilis fuit olim *Misitheï doctissimi viri* (quem causa eloquentia dignum parentela sua putauit Gordianus III. Imp. filiam eius uxorem ducens) in *Repub. dispositio*, ut nulla esset *umquam Ciuitas limitanea* potior, quæ non posset exercitum populi Romani, ac Principem ferre, quæ totius anni in aceto, frumento, & larido, atque hordeo, & paleis condita non haberet: *minores verò urbes, aliæ triginta dierum, aliæ quadraginta, nonnullæ duorum mensium: quæ minimum quindecim dierum.*

* Reposita posterior etas ἀποθήκη dixit condita, ut multis testimonijs probat I. Lipsius. Electorum c. 8. Capit. Gord. 3. c. 29.

Hanc tua prouisio vincit, ac superat, cum duorum annorum in frumento, & ceteris rebus ** condita* semper habeas, ut *vacillare dispositio tua non possit.*

Vopisc. in Aurel. c. 47.

Sed inter cetera quibus, Deo fauente, annonam militarem *inuisti*, nihil mihi est magnificentijs, quam quod nouos *FVRNOS ingenti*

Noua Ref. p. 18. La qual cosa, resalto del grande espediente de la venditura, que (sin poner Gabellas ni imposicion ninguna) sacaron de lo que los panaderos pagauan á millares de millares de pan. Y esto hizimos con reducielo á menos numero, bajandoles el precio de lo que solian pagar por la dicha venditura, y aplicando á beneficio de la Ciudad lo demas.

In ead. Ref. ibi. Por que la prouision dela Panatica de las Galeras (tanto por la gente de Cabo, y Remo, y Raciones, como por el viño de los Soldados, que se embarcaban) es la (necesaria) principal gasta desta sumacion.

Noua Ref. d. p. 18. T sacó mas se asegurara esta prouision, y provecho, y se amajara esta sumacion, quan-

No se pondra en effito (ya estan acabados) la fabrica de los hornos desta Panatien por quita de la Corte en el Ataraxanal, como senos designado, donde se eniayan muchas fraudes: se mejorará el Vizcocho, y se asegurará la cantidad, sin que se ande mendicando con Partitarios con tantas desamortajas, y quiebras.

ingenti magnitudine, & magnifico opere fabricasti.

In quibus *panis militaris* -- ad *usus diuturnitatem excoctus, buccellatus* vulgò appellatur, conficeretur.

Vt ad omnes maritimas, & terrestres expeditiones, certa, & prompta *biscocti* copia sit.

Nec enim *Mancipes*, seu conductores panificij, aut biscocti faciendi, eam *momentanea satisfactio* exhibere poterant. & grauissimis sumptibus Fiscum atterebant, maximè infecunditatis, aut subitariae occasionis tempore. *In necessitate siquidem penuriae, pretij nulla contentio est: dum patitur quis induci, ne possit aliqua tarditate percelli.*

Ha alijs lib. procelli.

* Verum Biscoctum pideri à primo defecere, pro quavis minimū parte, necesse est. Procop. 1. Bel. Vandal.

Ibi negligentia, & fraudes cessabunt, nec in *speciem coctus* erit, ibi *ponderatio* iusta seruabitur, & *munditia* -- quando in quavis abundantia querela non tollitur, si panis, aut biscocti *elegantia* nulla seruetur, *ut non horrore, sed delitijs videatur esse propositus.*

Nota Ref. d. p. 18. Suelen muchas vezes los previos de los granos alterarse en toda Italia, y fuera della, y ha banido año que se han comprado á tres ducados el Tambano, y puede suceder q muy facilmente acontezca en lo venidero, por que muchos años q dura esta abundancia. &c.

Ità *de veteribus frugibus prudentia tua futuram* (quam Deus auertat) *vincet inopiam: quia tanta fuit annorum praeitorum felix ubertas*, vt deinceps timeri possit inimica infecunditas.

Quis enim nesciat, *providentiam diuinam* *usibus nostris* aliqua velle subducere, *ut humanum possit animum comprobare?*

Proinde egit sollicitudo tua, *ne nos unius anni* (imò plurium) *sterilitas turbare possit.*

Hoc est certamen toto Orbe *praedicandum*. cōtrà indigentiam *seuam gloriosi Principis* pugnat *humanitas*: cuius *verè castra* sunt horrea referta: *quae si claudere voluisset, tunc importabilis intrasset inimica*: sed quia magis aperuit, *seuicentem aduersariam* mox fugauit.

Nescio *quae Principum bella mundus* potius admiretur: ego *tamen dicam, quòd sentio*. In *usum est*, *viris fortibus*, feliciter egisse pugnas: sed *suprà humanitatem virtutem esse constat*, *vixisse penuriam.*

* Ibid. e. 9. Pli. 18. Nat. Hist. c. 9. Amm. li. 17. c. 17. Procop. 1. Bel. Vandal. *Panem qui in exercitu fertur, bis est consuetudo in Clibanu ponere, ut diligenter coctus diu duret, ne cito corrumpi possit.*

* Suidas *Biscoctus panis* qui Romanis dicitur *Panamas*, siue *Panamadum*, vt in Leone. Imp. c. 10. intellige *Græculos illos Romanos Imperij Byzantini.*

* Fest^o verbo *Mācēs* Alc. Pedia. in Diuin. Cuiat. lib. de Tempor. c. 13. & in l. Vn. C. de Pistor. li. 11. Brisson. 9. de Verb. fig. Erāt obnoxij, & astricti pani Ciuitatis cōficiendo Paul. Diac. 13. Hist. Miscell. c. 2. sic Prudentius

Mācētem carceris pro Cōmetariensi. Tertull. in Apolog. c. 11. *Mancipem diuinitatis* & de Idol. c. 1. *Idolom.* & de Spect. c. 10. *Mutationum.* Calliod. 4. ep. 47. *salinarum.* Symmach. 9. ep. 96: 10. 58. & in Act. ep. 19. licet pro *Profrēto* accipiat. B. Cypria. ep. 69.

* Calliod. 9. Var. epist. 5. & 4. epist. 5. *Grande commodum est, cū indigentibus pacificis quando famel totum solet contemnere, ut suam necessitatem possit expellere.*

* Procop. 1. Bel. Vandal. f. Calliod. 11. Var. ep. 5. g. Idem 6. form. 18. h. Idem 11. d. ep. 5. i. Idem 12. Var. ep. 35.

* Ibid. ep. 28. Idem ep. 25. Idem ep. 28.

Ibid. ep. 28.

Idem ep. 25.

Idem ep. 28.

* Emendo *importabilis*.

Ibid.

Florus 1. Epit. Re. Rom. c. 16. ex quo tribunt Pay, Dic. 2. Hist. Miscell. cap. 7. Lornâles de Regn. success. c. 11.

* Quamvis rarè vox illa *densque* interatur, cum nihil præcesserit cui seruiat: tamen bellè aliquando ex abrupto adijcitur à Juriscons. & alijs Scriptoribus, ut I. Gruterus ibi aduerit, Dionis. Halicar. lib. 1. Rom. antiqu. idè confirmant Strabo. 5. Geog. *Campania arua ppe anno conferi bislea; tertium panico*. Plin. 18. Nat. Hist. c. 11. *seritur totq anno panico semel, bis far-* 70. Strabo. 5. Geograph.

Plin. 3. Natur. Hist. c. 5. imò & *Felicitissima* apud Strabonem d. lib. 5. qui eam *ppd* & *μυρίστ* appellat.

Virgil. 3. Georg. Pl. 19. c. 4. † Poëta fumo, vaporibus, nubibus, flammis alas attribuit, ut pluribus locis cōgestis ostendit doctissimus I. Ludovic. de la Cerda in hanc locum.

Plin. 3. Nat. Hist. c. 6.

Idem 18. c. 11.

Polyb. 3. Hist.

Paul. Merula 2. par. Cosmog. lib. 4. c. 27.

OMNIVM non modò Italia, sed toto orbe terrarum, pulcherrima CAMPANIÆ plaga est. nihil mollius cælo; * denique bis floribus vernat. nihil uberius solo; ideò Liberi, Cererisque certamen dicitur.

Cui enim frumentifera terra cedunt campi, qui vocantur Campani? qui non flumini, sed aquis cælestibus rigantur? in quibus ego vidi arua, vel trisera, sementem æstiuam post hybernā, & autumnalem post æstiuam enutrientia,

Quedam etiam quarto satū olera producere.

Hinc FELICIS, ac BEATÆ encomium, vitalis, ac perennis salubritatis cæli temperies, tam fertiles campi, tam aprici colles, tam innoxij saltus, tam opaca nemora, tam munifica sylvarum genera, tot montium afflatus, tanta frugum, & vitium olerumque fertilitas, tam nobilia pecori vellera, tam opima tauris colla, tot lacus, tot amnium, fontiumque vbertas, totam eam perfundens, tot maria, portus, gremiumque terrarum commercio patens undique, & tanquam ad iuuandos mortales, ipsa quidè in mare procurrens præstiterunt.

Quæ * tenuem exhalat nebulam, fumosque † volucres:

Et bibit humorem, & cum vult, ex se ipsa remittit:

Quæque suo viridi semper se gramine vestit,

Nec scabie, & salsa ledit rubigine ferrum:

Illā tibi letis intexet vitibus ulmos:

Illā ferax olea est: illam experire colendo

Et facilem pecori, & patientem vomeris unci.

Talem diues erat Capua, & vicina Vesuvio

Ora iugo, ET VACVIS CLANIUS NON ÆQVVS ACERRIS.

Neque ingenia, ritusque, ac viros: & lingua, manuque superatas commemorō gentes.

Quantum autem uniuersas terras campus Campanus antecedit, tantum ipsum pars eius, quæ LABORIÆ * vocantur, quem Phlegreum Greci appellant,

Verè Paradisus Italiæ.

* Virgilius ibi digreditur in laudes Italiæ, sed præcipuè Campaniæ, nam cum præmitteret.

Nec verò terra ferre omnes omnia possunt.

& discriminaret eas, quæ seorsum aptæ essent oliuetis, vitetis, pascuis, frumentis: ultimo loco ponit indicia terræ illius, quæ ad ea quatuor simul ferenda apta sit, qualis est iste Campanus ager.

* Hodie Cāpaniæ vernacula lingua Terra di Lavoro vocant. tractum à Laboriæ Campis, qui Capuz quondam vicini, & suburbani. Idem Plin. 3. c. 5: & 17. c. 4. Quidam a Labore laborant Laborinos trahere, quod id

Hic

de agro colendo plurimum
enudetur labor, quid pin-
gue solum vi sua molientiū
manibus relictur. Vber-
tus Foliera de Laud. Vrb.
Neap. Vel quid ad cultura
labores idonea sit; vel quid
facillime colatur, & cret.
Merula 2. p. Cosmog. lib. 4.
c. 35. Narcis. Medicus apud
Sebastianum Münsterum ab
Lepore, & elegantia autu-
mat sic appellatam. Sed om-
nes hi longè falluntur, nam
verū est, Romanos post enu-
sam bis Capuam ad vitan-
dam eius nominis inuidiā,
Laborios vocari maluisse.
Iacobus Dalecampius ad
Plin. d. lib. 18. c. 11. in cuius
veteribus codicibus legitur
ibi Laboria, quod probant
Blondus, & Petrus Rastanus
antiquissimis tum publicis,
tum priuatis instrumentis
apud Capuam repertis, vbi
Campi Laborij tractatus,
ille iuxta Asellam, hodie
Aursam, dicebatur, quos
referunt, & sequuntur Leā-
drus Albertus in Descript.
Italia c. de Camp. fel. &
Murula d. 2. p. lib. 4. c. 7. &
insinuat Compēdium Hist.
Neap. 1. p. lib. 7. anno 1464.

Hic ergò ager Campanus orbis terræ pulcherrimus.

Cice. in Orat. 1. de Lege A-
grar. ad Populum.

Fuit olim Romanis caput patrimonij publici, pulcherrima
populi R. possessio:

Idem in Orat. de ead. Le. ad
Senat.

Pacis ornamentum, subsidium belli, fundamentum vectiga-
lium, horreum legionum, solatiū annonæ, & qui solus Italico bello
amissis ceteris vectigalibus, maximos fructibus exercitus aluerit.

Idem de ead. Le. ad Popul.
Orat. 1. Liu. lib. 7. Italia
uberrimus ager, marique
propinquus ad variatas
annonæ horreum populi Ro-
mani fore videbatur.

Cetera, enim illa magnifica populi R. vectigalia, perleui sæpè
momento fortunæ, inclinatione temporis pendebant:

Cice. ibid.

At verò hoc agri Cāpani vectigal cū eiusmodi est, ut domi sit,

Ibid.

Sub signo, claustrisq; Reip. positum,

Idem in Orat. de ead. Le. in
Senatu.

Et omnibus presidij oppidorum tegatur: tum neque bellis
infestum, nec fructibus varium, NEC COELO, AC LOCO CA-
LAMITOSVM ESSE SOLET.

Idem in Orat. 1. ad Pop.

Sed quamuis terra eius (ut protinus soli natura dicatur)
pulverea summa, inferior bibula, & pumicis vice fistulans: mon-
tium quoque culpa in bonum cedit. Crebros enim imbres percollat,
atque transmittit: nec dilui, aut madere voluit propter facilitatem
culturæ. Eadem acceptum humorem nullis fontibus reddit, sed
temperat, & concoquens intrā se vice succi continet.

Plin. 18. Nat. Hist. c. 11.

† felicitatem.

Tamen multis ab hinc annis naturæ suæ conditione
mutata, nec in se recipit imbres, nec receptos concoquere
potuit, sed ubique fontibus erumpentibus, atque alluui-
onibus oppleta, vsque in iniuriam pestilentis aëris peruenit.
quia aquarum vasta profunditas terrenam gratiam in nullos
usus profuturam absorbuerat,

Calliod. 2. Var. ep. 21.

Nomenq; terris paludum dedit.

Sene. Trag. in Medea act. 2.
Versu 725. §

Iacebat tellus naufraga, palustri torpore confusa, & sub utroq;
iactata dispendio: nec aquarum puros liquores meruerat, & de-
cus terrenæ soliditatis amiserat.

Calliod. 2. ep. 21.

Miseranda facies! fertilissima Campania limosis op-
pressa aquis, coactaque turpi illuuii foedissimè seruire,
pigraque vndas, ac residues fluctus pari. quia

Ibid.

Ff

Va-

Virg. 2. Georg.

----- *Vacuis* * *Clanius non aquas Acerris*.

Plin. Paneg.

Cunctanter aluco sese, ac languide extulerat, ingentibus quoque tunc quidem ille fluminibus, latitudine tamen, conferendus.

Ibid.

Hinc pars magna terrarum, mergi palanti amne consuevit, non ut rigaretur, sicut

Claudian. in Epigram. de Nilo. sumpsit (ut plura alia) ex Plin. Paneg. *Siquidem proprio semper amne perfusa, nec alio genere aquarum solita pinguescere, quam quas ipsa demerget.*

*Aegyptus sine nube ferax, imbresque serenos
Sola tenet, secura poli, non indiga venti;
Gaudet aquis, quas ipsa vehit, Niloque redundat:*

Cassiod. 2. ep. 32.

Sed ut opprimeretur, populareturque. Siquidem late stagnantes in campis aquae in hostis modum vicina vastarunt: Illam famosam seculi vastitatem, quam sub diuturnitate licentiae quondam mare paludestre possedit, cultisque locis inimicum superfundens unda diluvium, terrenam gratiam sylvestri pariter horrore confudit, nihil utile nutriendi sub liquore spoliatum fructibus est solum, postquam obnoxium cepit esse paludibus.

Plin. Paneg.

Et quae olim nubila optavit, caelumque respexit, nunc frustra alto pulvere incandere desiderabat.

Ibid.

* I. Li. p. hic num. 244. hoc verum, ut noui, durumque reicit, & in eius locum reponit *Expositum*.

*Neque enim solum vagus ille, & * expanditor amnis, intra usurpata semper collum substiterat, ac ne haeserat; sed supino etiam, ac detinenti solo, non placido, mollique lapsu pererrans, arentes terras addidit humentibus.*

Felicem Campaniam infelicem fecit, terminos omnes mouit, ac confundit, nihil qua fuerat sede relinquens,

Virgilium

----- *Oppositasque euicit gurgite moles,
Fertur in arua furcens cumulo: camposque per omnes
Cum stabulis armenta trahit.* -----

Quantum diuersitas temporum possit, tum maxime cognitum est: cum iisdem quibus antea angustiis vbertatem, abundantiamque suam, tunc infecunditatem, sterilitatemque cohibuisset; & cum olim Campania populum Romanum pascere, ac magnos exercitus alere consuevit: nunc paludosam stirpem,

Aristophanes in Ranis
Act. 1. Sc. 5.

* *Clanis* olim, deinde *Liris* dictus. Strabo 4. Geograph.

Λείρις ποταμός,
Κλάνις. Minturnas profinis *Liris*, qui olim *Clanius* vocabatur. cui conuenit Plin. 3. Nat. Hist. c. 5. Colonia *Minturna*, *Liri* amne diuisa, *Clanio* appellato. Lycophron apud Stephanum

Γλάνις τε ρείθρις
Δέχεται τήλωχον θόνα.

Qui via inter Capuam, & Aversa occurrit; ac saepenumero nunc in *Acerrano* agro. sicut olim in *Capano*, *Asellano*que solebat, praefertim hybernis mensibus, stagnat: qua de causa linguis pontibus conexas multas in locis itinera necessario sunt, qui veterum adificiorum lapidibus ex *Urbinam* propinquarum ruinis eo delatis plerumque salciuntur, & incumbunt. ut scribit Leandrus Albertus in Descript. Italicae c. de Campania felice. à quo transierit Merula 2. p. Cosmogr. lib. 4. cap. 11. instar se habet lenti, pigrique Amnis, ut palus videatur potius, quam flumen. Hodie corrupto verbo Graeco *Lagnum*, vel *Lano* vocant; dicere enim debent *Lagnum*. *Λαγνυος* enim Graecis significat non modo vas, sed etiam receptaculum quodcumque in quod aqua liquoresque extolantur, & insistant. Ambros. Leo lib. j. de Nola. c. 9. quem sequitur Abrahamus Ortelius in Thesaur. Geograph. in *Clanio*.

Ideft

Idest, *Ranarum exercitum*, &
 ————— *Calamum alit, Lyracinibus*
Idoneum, in paludibus.

Homer. in *Βατραχίωνομαχία* . idest *Ranarum, & murium pugna.*
 Aristopha. vbi proximè.

In quæis pisces lacustres, & cancri, & rana, & anguilla, pluraque alia id genus animalia ingenita sunt.

Ambrosius Leo lib. 1. de Nola c. 10. ad fin. de his paludibus loquens.

Memoriæ proditum est, *P. Lentulum, principem Senatus, à Romanis in hæc loca missum, ut & priuatos agros, qui in publicum Campanum incurrebant, pecunia publica coëmeret, dicitur renuntiassè, nulla se pecunia fundum cuiusdam emere potuisse: eumque, qui nollet vendere, ideò negasse se adduci posse, uti venderet, quòd cum plures fundos haberet, ex illo solo fundo NVNQVAM MALVM NVNTIVM AVDISSET.*

Cicc. Orat. 1. de Leg. Agrar. ad Popul.

Atqui idem populus R. de hoc vectigali potuit dicere, quod ille de suo fundo dixisse dicitur. Asia multos annos illis fructum Mithridatico bello, non tulit: Hispaniarum vectigal temporibus Sertorianis nullum fuit: Siciliae Ciuitatibus bello fugitiuorum M. Attilius etiam mutuum frumentum dedit. at ex hoc vectigali NVNQVAM MALVS NVNTIVS AVDITVS EST. Cetera vectigalia belli facultatibus affliguntur: hoc vectigali etiam belli facultates sustentantur.

Ibid.

Ideò agrum Campanum ad subsidia Reipub. vectigalem relictum traditur.

Suet. Iul. c. 30.

Sed pluribus ab hinc annis tam ferax malorum nuntiorum fuit, ut nihil aliud ex eo audiretur. siquidem *cænosus fluentibus inutilitèr occupatus, auitis fundis exturbati, ac expulsi domini, & fructu laboris sui fraudati industrij, clamitabant,*

Cassiod. 1. Var. ep. 31.

Pessum iri fecundissimos Italia Campos.

Tacit. 1. Annal. ad 5.

Atque illi miseri, nati in illis agris, & educati, glebis subigen- dis exercitati, quò se subito conferrent, non habebant.

Cicc. Orat. 1. de Leg. Agrar. ad Popu.

Nunciabatur etiam *aucta luctibus damna*, nam multi pestilenti intemperie peribant, quia aëris spiritus paludum graui nebula inficiebatur. aquæ enim stagnantes
estate

Plin. 2. ep. 30.

Ambros. Leo lib. 1. de Ciuit. Nola. c. 1. qui refert sua tēpestate pestilentiam fuisse ob has paludes.

Seruius ad illud Virgil. 2. Georg.

— *Et uacuis Clanio non aquas Acerris.*

Ant. Sanfeli. Capania ad fi. Viuius Sequester ad Virg. d. lib. 1. Georg. quem refert Merula 2. p. Cosmog. lib. 4. c. 11.

Ambros. Leo de Nola lib. 1. cap. 1. in princ. & Sanfeli. Camp. in fi.

estate accedente putrescunt, atque aërem vitiant, morbosq̃ afferunt grauisimos.

Quamobrem Acerra palustris grauitate cæli, iam à priscis seculis sunt infrequentes, infestante Clanio flumine,

Auctuq̃ suo pestem meditante, ac minitante terris.

Et Sessulam celebre quondam oppidum Clanio vicinam reliquerunt Sessulani, cuius vestigia quedam murorum, fanorumq̃ sola nunc apparent.

Paneg. Flamentium Constantino D.

Ille autem, quæ subiecta, & usque Linternum porrecta planities, fuit quidem iucunda, cum per singulorum fines continua cultura procurfus fontium vallibus patentibus euehebat: nunc autem interclusis vastitate meatibus, quicquid humiditate sua fuerat uberius in voraginem, & stagna conuersum.

Tacit. 1. Annal. ad 8.

Ceterum cogitanti mihi verissimum illud esse, optime rebus mortalium consuluisse naturam, quæ sua ora fluminibus, suos cursus, utque originem, ita fines dederit.

Cice. Orat. 1. de Leg. Agrar. ad Popu.

Deinde ne illud quidem dici possit, quod in ceteris, agros istos desertos à plebe, atque à cultura hominum liberos fuisse. TOTVS ENIM AGER CAMPANVS COLEBATVR, ET POSSIDEBATVR.

Strabo lib. 17. Geograph.

Mirum est, cur tantis oblatis inuestigandi occasionibus, non prorsus innotuerit inundationis causa huius ætatis hominibus.

Amian. lib. 22. c. 34.

Nec ficut olim super beneuoli omnium fluminum Nili inundatione hæsitatum.

Claudian Epigram. de Nilo plura de causis inundationis Nili vide apud Herodotum lib. 2. Diodo. Siculum lib. 1. Re. antiq. c. 4.

*Qui rapido tractu medijs elapsus ab Austris,
Flammifera patiens Zone, Cancrîq̃ calentis,
Fluctibus ignotis nostrum procurrit in orbem,
Secreto de fonte cadens, qui semper inani
Quærendus ratione latet: nec contigit ulli
Hoc uidisse caput.*

Lucan. lib. 10.

*Quis causas reddere possit?
Sic iussit natura parens discurrere Nilum.*

Imò nec ab vilo Italiæ Historico dubitatum, aut adnotatum

*Refert Plin. 9. Nat. Hist. c.
106. In Caphisate fluminem
esse appellatum Scatebrâ,
frigidum, abundantiorum
opato.

tatum legi, cùm & portentoso hæ aquæ sint auetū, quæ æstiuo in
calore præter ceterarum morem* redundantes, decreſcunt per hyemē.

Anto. Sanfel. Camp. ad flo.
Ambro. Leo. 1. de Nola c. 1.
in prin.

Quòd sanè ſi deinceps fiat, poſteræ quoque ignorabunt ætates.

Ammian. 22. c. 34.

Quare

Fas mihi magnorum ——— ſecreta parentum

Lucan. lib. 10.

Prodere, ad hoc æui populis ignota profanis.

Sit pictas alijs miracula tanta ſilere:

Aſt ego Cælicelis gratum reor ire per omneis.

Hoc opus, & ſacras populis notefcere leges.

Plerumq̃ ſoliciti ſiunt, qui mutatos rerum ordines intuentur: quia ſepè protendunt aliqua, quæ conſuetudini probantur aduerſa. Nihil enim ſine cauſſa geritur, nec Mundus fortuitis caſibus implicatur: ſed quicquid venire videmus ad terminum, diuinum conſtat eſſe conſilium.

Caſſiod. 12. Var. ep. 29.

Suſpenduntur homines cùm ſua Reges conſtituta mutarunt: ſi aliter induti procedant, quàm eorum uſus inoleuerat. Quis autem de talibus non magna curioſitate turbetur, ſi verſa vice conſuetudinum, à ſideribus aliquid videatur obſcurum?

Ibid.

Nam ſicut certa ſecuritas eſt, ſuis vicibus tempora notare currentia: ſic magna curioſitate complemur, cùm mutari talia ſentiuntur.

Ibid.

Pauca itaq̃ ſuper hac re, præſtringi conueniet, vt tanti mali originem oſtendamus, quæ partim à naturalium rerum conſideratione; partim ab incuria, & negligentia, addo & ignorantia poſterioris æui pendet.

Ammian. 22. c. 34.

Sed ne te præſens cauſſa magna hæſitatione diſcruciet, — & ſit ratione certum, quod ſtupenti vulgo videtur ambiguum,

Caſſiod. 12. Var. ep. 29.

Confidera naturale illud æſtiuū incrementum à ſubterraneis cauſſis prouenire. Nàm & ſi Sol cuiq̃ terræ proximè accedens, eam maxima ſiti afficere credibile eſt, & ſcaturigines indigenarum amnium arefacere;

Herodas lib. 2.

Ad ſe enim ex cunctis fluminibus trahit humorem: tamen cùm totus ille tractus ſulphureus ſit,

Ibid.

Gg

— (11—

Sillus lib. 9. Plin. 35. Nat. Hist. c. 15. loquens de sulphure, in Italia quoque invenitur, in Neapolitano, Campanoque agro collibus, qui vocantur Lencoei.

Amma. 22. c. 35.

————— (Illic quos sulphure pingues
Phlegrei legere sinus.) —————

Utpotè Vesuvio vicinus, qui toties conflagrauit, nulum ætate ab eo attrahere humorem, imò vi flagrantis sideris resolutas fluxis humoribus materias illas calidas, incrementa ubertim suggerere crediderim; accedente verò frigida hyeme constrictas, & velut congelatas exiliores profluere.

Polyb. 3. Hist.

Iacob. Dalecampius ad Plin. 18. Nat. Hist. c. 11. lit. P.

Idque eò argumento maximè probatur, Nam hunc Cāpum Leborinum, Phlegreum, Græci vocant ἀπὸ τῆ φλέγαν, quod toto illo tractu passim ignis emicet, scaturiant calidi fontes, sulphur conficiatur, tanquam accenso sub terris sulphure deflagret ea regio.

Ambros. Leo de Nola. lib. 6. c. 1. in princ.

Hinc à radicibus dextri cornus Abellæ, quæ agrum Nolanum spectat, aquæ sulphure putentes emanant: unde ab earum putore nomen loco inditum est. Mephitim enim appellant, haud item procul à Mephiti sunt fontes Claniæ fluvij: qui de eisdem radicibus erumpentes totos ferè campos eos, quos Nola ab occasu præsertim æstivo spectat, implent, adco, ut parte maxima paludes iam effectæ sint.

Caliod. 12. ep. 25.

Sic enim constat diuina ordinatione dispositum, sic astra presentis in domicilijs suis mutuis administrationibus conuenerunt, ut suprâ solitum ætate copiosius fluerent.

Appian. 2. Ciuil. & Dio lib. 38. ager Campanus tres pluresque liberos habebat diuisus.

Suet. Iul. c. 20.

QVO AD secundam causam incuriæ posterioris ætatis, res altius repetenda est. Postquam C. Iulius Cæsar egenæ plebi, cuius infinita Romæ multitudo fuit, alios agros assignauit: Campanum longè fertilissimum ex publico dilargitus est, trium liberorum patribus,

Et extrâ sortem diuisit.

Appian. 2. & Velle. 2. c. 44. ita circiter viginti millia ciuium eo deducit.

Hac mercede gratiam plebis sibi comparans: viginti enim milia extiterunt huius solùm generis.

Cice. 2. Epist. ad Atticum ep. 16.

Sic omnis expectatio largitionis agrariæ, in agrum Campanum videtur esse deriuata.

Qui sanè ex publico priuatus effectus, ac in plures dominos

In hac lege Agraria cōmemoranda discrepant Græci Historici a Latinis. nā illi agrum Campanū extra sortem diuini his, qui tres liberos habebant, tradiderunt. Hi verò nullam aliam quam agri Campani diuionem agnoscunt præter Suetonium in Iul. c. 20. vbi hunc historicorum dissensū obseruat doctissimus Cæsaronus.

minos diuifus, vt res communis neglectus. Vndè aquas Clanij ad proprios fundos irrigandos deriuarunt, eum paulatim ab antiquo alueo, & naturali cursu deuiantes, ad superiorem agri partem deduxerunt.

Post Imperium Romanum sub quo multa secula floruerunt huius Regni regiones, declinationem sub Gothorum, & Langobardorum ditone habuerunt. Denique cum præda Victoris esset, & modo à Græcis, & Sarracenis, modo à Nort-mannis occupatum, frequenti dominorum mutatione, & neglectus, & deuastatus hic ager fuit.

Paul. Merula 2. p. Cosmograph. lib. 4. c. 25.

Io. Baptista Carraffa lib. 1. Hist. Neap.

Et in agricultura conuenit fossas aperire, aquam de agro pelleri. Plin. 18. Nat. Hist. cas. vbi vetus lectio, Lucilia aperire, aquam de ap.

Prætereà prouida respexit antiquitas, fossas altitudine, ac latitudine magnas ducere, aquæ inundantis receptacula: ne cum supra modum excrescerent flumina, stagnantibus præter solitum aquis, limo superfluo Campi inutiles redderentur, neuè ex defectu aquæ fructus ex siccitate perirent.

Diod. Siculus lib. 1. Rer. antiq. 2. p. c. 1. & plura de his fossis idem lib. 4. c. 3. vbi de Herculis laboribus. Pausan. in Archadiciis.

Per has enim fluxiorum aquæ, aut alluionum, & recepta, & prohibita, præbebant agricolis fertilitatem, nunc aperto ore fossæ, nunc clauso iuxta incrementi modum, aut anni siccitatem.

Diod. Sic. lib. 1. 2. p. c. 1.

Easque oblimatas longa vetustate, militari opere detergere consuevit.

Suet. Aug. c. 18.

Et ne in otio militem haberet,

Liuius lib. 39.

Portes, templa, porticus, basilicas labore militum struere; ora fluminum multa patefacere, PALVDES PLERASQUE SICCARE, atque in his segetes, agrosque constituere.

Vopisc. Prob. c. 9. & 21.

Vndè in agro Campano multas fossas fuisse, ad colligendum humorem circumiacentium agrorum, & alluionum inundationem recipiendam, illud argumento est, quòd apud Nolam plura fossarum vestigia apparent. in quas omnis aqua, quam Gecalanae valles, atque radices ima in campum Nolanum profudissent, excipiebatur: atque per eas in Lagynum Claniumque amnem defluebat.

Plin. 10. ep. 50.

Ambros. Leo lib. 1. de Nola c. 9.

Quamobrem ubi non impedita aqua alueum, curriculumque inueniebat, tum stagna, lacusue nullus in agros, urbemque exurgere quibat

Ibid.

quibat. *Servabantur quoque hæc fossæ, sicuti Lagynus hucusque servatus est. Augusto enim mense cum aquæ funditus ab æstu feruoreque Solis exuctæ sunt, Lagynus quotannis expurgabatur excavabaturque, (sicubi ripæ corruerint) ut hyberno, atque verno tempore expeditus alueus aquis in Lagynum fluxuris pateret. cavatur autem à cunctis paganis in agro Nolano colentibus, iussu, ac more antiquo coactis.*

Isaiah.

O miserranda res --- quanti periere labores! quia id postea sumptuosissimæ iacturæ negligentia omissum, oblimante vetustate, arenis scilicet, & alueum Lagyni, & fossas sensim opplentibus feraciorem Campaniæ partem perdidit.

Ambros. Leo d. lib. 1. c. 9.

Hinc exclamat Nolanus ciuis, *Quod si hæc fossæ nostra tempestate, atque septuagesimo ante anno servatæ fuissent, non tantam civium suorum stragem semel, atque iterum Nola vidisset. Nique futurum eadem excauentur, toties pestilentiam expectare urbem necesse est, quoties longa pluvia vallis Gecalanas complerit, ac in agrum Nolanum illuviones erumpentes profuderit.*

Suet. Aug. c. 37. Dio, lib. 57. Tacit. 1. Annal. Pancir. ad Notul. Imp. Occident. c. 8.

L. 1. D. de Flumin. ubi Cuiat. in Parat. dicit populare fuisse hoc incendium.

d. l. 1. §. Non autem D. de Flumin.

Deindè *Curatores Riparum*, & alvei fluminum vtiliter instituit, qui alueos purgarent, quò velocius aqua flueret, ripasque collapsas munirent, ac in pristinum statum restituerent: & Interdicto cauebatur, *Ne quid in flumine publico riparum eius fiat, quo deterior statio, vel navigatio sit,*

Aut aquæ cursus impediatur.

Plin. lib. 18. Nat. Hist. c. 11.

Lucret. lib. 5. de Re, Nat.

NEC solum omnia ista prudentissimæ antiquitatis inuenta, improvida, & incuriosa posteritas neglexit. Sed multa alia velut data opera fecisse videtur, quibus *laudatissimam Campaniam* amitteret.

Agellius 3. Noct. Attic. c. 3. Plin. 36. Nat. Hist. c. 18. Cato de Re. rustic. c. 11, seu Iumentaria l. 26. §. 1. D. de Instruc. vel Instrum. leg.

----- *Quid undas Arguit, & liquidam molem, camposque natanteis?*
Nam cum ad pisturam non *Manuarias* molas, *Trusatiles*, ac *Versatiles* dictas, non *Asinarias* (sicut Antiqui in pistrinis) adhiberent;

Vbi

Vbi complurium iumentorum multiuij circuitus intorquebant
molas ambage varia : nec die tantum , Verum perpeti etiam no-
cte, prorsus instabili machinarum vertigine lucubrant peruigi-
lem farinam:

Apuleius 9. Metamorph vbi
elegantè piscinum, & in-
strumentum piscorum de-
scribit.

Sed acutius illud, & utilius inuentum,

Polydorus Virgilius 3. de
Inuent. rer. c. 18.

Quo maior pars Italiae utitur, rotas scilicet, quas aqua ver-
set obiter, & molat.

Plin. 18. Natur. Hist. c. 10.

Ad incitandum pigri Clanij desidem cursum, & vt abũ-
dare cum facerent, alueum ipsum adleuarunt, nec per
hoc languidus ille, & renitens impetum aliquem, aut ra-
pidiorem accepit fluxum, sed detinenti lapsu nobilissimos
campos latè stagnabat.

Præterea, & si Linternum lacum questuosum faciat mug-
lum assidua captura sub dies præcipuè Halcyones, quòd id tempo-
ris eius fauces occlusæ arena fluctibus aggesta, piscatorum opæ
recluduntur præteritis prius retibus:

Sanfelicij Campaniæ.

Tamen ille, qui simpliciter à Principe ius piscandi
in ea palude impetrauit, non his solum diebus contentus, vt
magnum piscium prouentum faciat, vltra illud tempus
sæpè eius faucibus obstruit. sed cum per eas aquæ omnes,
& Clanij, & Lagyni labantur in mare, clauso aditu retro-
cedunt, & per supina camporum speciem exhibent maris.

Sic lacu istum nominat Si-
lius lib. 7.
Hinc Lynierna palus — &
lib. 8.
— Stagnis palustre Lynier-
num.

Ammian. lib. 22. c. 35.

Quòd sanè permitti non debet, quia non est credendum
sic concedi, vt cum incommodo alicuius id fiat,

Argum. l. 1. §. Aduersus, &
§. Si quis à Principe D. Ne
quid in loc. publ. l. 2. C. de
Precib. Imp. offer. l. 1. §. De
eo. D. de Aqu. pluui. l. Imp. p.
17. D. de Seruit. rustic.
l. 1. §. Sunt autem in fin. D.
Ne quid in flumi. publici.

Oportet enim in huiusmodi rebus utilitatem, & tutelam fa-
cientis spectari, sine iniuria utique accolarum.

Hæ sunt damnosæ inundationis antiquiores causæ,
quibus & accedunt recenciores, nam dum omnes Proreges
libentissimè opus omnibus fructuosum aggredierentur,

Plin. 10. ep. 50.

Non minus compendij spe, quàm gloriæ, errore, aut insci-
tia Libratorum (& si vndique peritissimos accersissent) plus
damni, quàm beneficij fecerunt. quia nec viderunt, nec

Suet. Claud. c. 20.

Hh dili-

Plin. 10. ep. 50.

diligenter explorarunt nonnullas partes, quibus Lagynus ducebatur, altiores esse, & commodius, ac innoxius per plana, & humilia campi peruenire.

Ibid. ep. 46.

Deindè per id spatium, per quod Lagynus ducitur, aquarum esse frequentes scaturigines crediderunt, quas sanè si excauaretur Lagynus, cursum eius augere manando, magisque campos natantes facere clamitabant. Quam ob rem alucum Clani, & Lagynum laxare, ac expandere inexcusabili errore persuasere, non animaduertentes desidem alioquin Clanium exigua profunditate sua orbatum, & ubertate quorundam germinum, quæ ibi semper arridet, ut est iuncus aquatilis, canna levis, rubus validus, salix lenta, populus virens, & reliqua arborum genera, quæ tamen ultra naturam suam felici proceritate luxuriant, impeditum maiori pigritia fluere.

Cassiod. 1. ep. 57.

Plin. 8. ep. 17.

* resistere.

*Inde quæ solet flumina accipere, & permista deuehere, velut obuius * retrò cogit, atque ita alienis aquis operit agros, quos ipse non tangit.*

† Miscetur enim Clania Linternus, & Seberus. Merula 2. p. Cosmograph. lib. 4. c. 11.

Ibid.

Profectò delicatissimus amnium, ideòq; adiacentibus fertilissimis campis velut inuitatus, retentusque, magna ex parte nemora, quibus inumbratur, & fregit, & rapuit. Subruit montes, & decidentium more pluribus locis clausus, dum amissum iter querit, impulit tecta, ac se super ruinas * euexit, atque extulit.

* crexit.

Dionis. Halicarnas. lib. 7. Ro. antiqu. in princ. Idem de alijs fluminibus tradit Plin. 2. Nat. Hist. c. 106.

Imò & admirandus, & prodigiosus, cum quondam † omisso naturali cursu, aquas retorserit, & ab ostijs ad fontes suos reuerit, eumq; cursum diù tenuerit.

† Anno ab Vrbe cõdita 262. T. Gegano, & P. Minutio Cons.

Plin. Paneg.

IGITVR inundatione, ista, ubertate sua, regio fraudata, opem Excell.^{mi} Lemenfium Comitum inuocauit. cum videret se ab omnibus ferè antè illum Regibus, ac Proregibus, aut frustra petitam, aut omnino intentatam. dubium an alijs negotijs intentis, an desperato operis effectu.

Idem 10. ep. 50.

Idem Paneg.

Nec longius illi aduersorum fuit spatium, quàm dum nuntiat. Tàm velox potentia tua est, tamq; in omnia pariter intenta boni-

tas

ras, & accincta: ut tristius aliquid seculo tuo passis, ad remedium salutemq; sufficiat, ut scias.

Quia tibi cordi est, in melius cuncta mutare:

Cassiod. 2. ep. 21.

Et ingenium, atque animi magnitudo, etiam quæ natura denegauisset, per artem tentare, ac perficere, & viribus aquarum illudere, suamque immemoriam præscriptionem interrumpere, ac publicas expensas ab extremo occasu vindicare.

Tacit. 15. Annal.

Nam in hoc agro desiccando alij Proreges impenderunt ferè CCC. aureorum M. qui imperfectus adhuc relictus, ac etiam magis destructus est, -- hoc quoque relicto, quotannis nouo impendio cæt opus, ut aquam arceant, qui tantam pecuniam malè perdididerunt,

Plin. 10. ep. 46.

Vndè glorioso circa Rempub. amore deuinctus, ultrò promissisti voto mirabili, quod vix potuisset sub consilio nostræ pietatis imponi, paludum vastam illuuiem desiccare. Et

Cassiod. 2. ep. 32.

————— Omnia fretus

Cedere virtuti —————

Inscrip. in Bassi Obelisci
Constant. refertur à L. Græ-
tero pag. 186.

Audacem laborem aggressus, laudabili perfectione -- opus exitum feliciter perduxisti: ut pereunte damnosogurgite, quæ fuerant amissa, ulterius non perirent.

Cassiod. 2. ep. 32.

Campaniamque feralis cladis vastatione vehementer afflictam, & ex meliori parte perditam, desperationēque cunctis reparationis afferentem in pristinā faciem, splendoremque restituendam curasti. Vndè cum Iustitiæ ratio sit, ut laudabile desiderium sequatur prosperitas actionū: & quod bona voluntate suscipitur, diuinis quoque ordinationibus impletur. Tibi iustissima, & vtilissima meditati, & studio Reip. semper inuigilanti, summa prouidentia felicitatem in actionibus tuis clementer indulgit.

Idem 2. ep. 35.

Ibid.

Sed hoc ipso (feres enim me ambitiosum) pro tua gloria incitor, & accendor, ut gaudeam peragi à te, quæ tantum cæperant Reges.

Plin. 10. ep. 50.

HER-

Diodor. Sicul. 4. Res. antiq. c. 2. HERCVLEM fabulata est vetustas, & Ægyptios quosdam Reges, magna flumina in alios cursus diuertisse, plurimos agros ex aquæ irrigatione fertiles præstitisse,

Idem 1. c. 2.

Idem 4. c. 2.

Cassiod. 2. ep. 32.

Eorum impetus ductis aggeribus compressisse,

Latè stagnantes in campis aquas

Fouearum ore patefacto absorbuisse :

Diod. 1. c. 2.

At in nostro prouidentissimo Comite veros eos habere, qui tum consilij magnitudine, tum virtute,

Inscriptio Theodoricæ Regis Anxuri, siue Terracinae, reletur à I. Grutero in lib. Inscript. tot. Orbis pag. 152. Quam ei Basilii Decius Patricius ponendam curauit. cui ipse Theodoricus scribit, ac concedit terras ex palude Decennoni de siccandas, & super eod. scribit Senatui apud Cassiod. d. lib. 2. ep. 32. & 33. quod sane non aduertunt Fornerius, & Broseus ibi.

Cassiod. 12. ep. 28.

Cápos, & oppida QUÆ CONFLVENTIBVS AB VRTRAQ. PARTE PALVDVM PER OMNES RETRO PRINCIPVM INVENDAVERANT, VSVI PVBLICO, ET SECVRITATE VIANIVM atque Incolentium ADMIRANDA, PROPITIO DEO, FELICITATE RESTITVIT.

Datum est ergò Cápaniae in Proregis nostri laude continuum per tot annos diluuium. Inculti, ac inutiles facti sunt agri, vt prouidentia eius possit agnosci. Minus esset acceptissimum donum, nisi præcessisset incommodum. Gaude Campania, malisq. tuis potiùs gratiam refer: quandò talem probas animum Principis, vt nullis cedat aduersis. En pietas mirabilis, quæ ubiq. nostris repugnat incommodis!

En exquisita prudentia, quæ errores antiquorum eximia ingenij, & artis dexteritate præsensit, recta, ac salutaria ad turpem desiccandam illuuiem diligenter cõquisiuit, acriter contemplauit, ac feliciter inuenit!

Frontinus de Aquaduct.

Operæpretium itaque est ire per singula, per quæ ille occurrentibus vitijis quorundam, vniuersis adiecit utilitatem.

Herodot. Halicar. Clio, siue lib. 1. Hist. vbi de Nitocrate Babiloniae Regina.

Et antè omnia Lagynum, qui priùs tortuosus erat, rectum reddidit: nam cùm fluuius per multos anfractus retentus, sedatior mearet, innatabat campis: nunc

Inscriptio Póis Salaris. 3. ab Vrbe lapide, reletur à I. Grutero tit. Operum public pag. 161. & à Brittonio lib. 8. de Formulis, Tacit. 1. Annal.

Quam bene curvati directæ est semita Clani,

Atque interruptum continuatur iter.

Deindè Lagynum repurgauit, vligine paludum completum, & latitudinem eius coarctauit, maiori quàm ante profun-

profunditate effossum, nempè ad 5. 6. 7. & 8. Neapolitanos palmos, cùm compertum esset, nihil nocere aquarum scaturigines, quominus altitudo pro necessitate deprimeretur. *Hæc duo, flumen non flexuosum, & vadum alvei tumantis effossum*, rapidiorem cursum effecerunt,

Herodorus. 1.
Vopisc. Anrel. c. 47.

Quamobrem Clanius limolas compressit vndas, & *se molli lapsu refugum abstulit*, oppressas terras liberas relin-
quens.

Plin. Paneg.

Et cùm iam in Solis faciem paulatim mollicies siccata duresce-
ret, celatamq; longa voracitate tellurem Sol insuetus afflaret:

Cassiod. 2. ep. 22.

Sensit Campania liberatoris sui prouisione largissima, se
à sædis gurgitibus vindicatam, exutoque paludum nomine
vetus, ac proprium terrarum, pristinamque felicitatem
velut longo postliminio recepit.

Idem 2. ep. 32.

Ibid. ep. 33.

Præterea cùm ostia Linterni tùm maris reflexu magna
vi limi oppleta, arenaq; alto ceno à fluctibus adstricta, tùm ab
his qui piscandi ius habent certis temporibus clausa, ac tra-
bibus ad firmanda retia impedita, morosum, & angustum
aquis redderent cursum: nouo alueo eas in mare per Galli-
nariam syluam milliariùm sex interuallo ab antiquo La-
gyno deduxit, quæ planum habet, & tranquillum ad mare
ostium, & breuiorem, ac expeditiorem cursum. sic faci-
lius aquæ omnes effluunt, ac præcipites cadunt.

Plutarch. in C. Mario.

Ibid.

Suprà Acerras nouum Lagynum duorum milliariùm
effodit, miranda utilitate, magnitudine operis incredibili; vt Cla-
nium, qui assiduis inundationibus agrum Acerranum infe-
stabat, diuerteret. Alium in *Lescaro per quattuor passuum
millia ad deducendas *Gorgonis aquas, quæ fecundissimū
illum tractum opprimebant: cùm vastas inter paludes, li-
mosas, tenacia graui ceno, aut riuis incerta excauarentur, vel in-
ter truncos arborum, & enata humo virgulta, ac obduratos se-
nio lapides. locus vligine profunda, idem ad gradum instabilis,
procedentibus lubricus, nec illis, per quæ egeritur humus, exciditur
cespes, franguntur arbuta, mouentur lapides, vti inter

Diod. Sicul. 1. Rer. antiq.
2. p. c. 1.

Seruius in illud Virg. 2. Ge-
orgic. -- & vasis Cla-
nius non equis Acerris.

Tacit. 1. Annal.

* Sic vulgò appellantur,
nam apud Cosmographos,
nec huius loci, nec harum
aquarum nomen inueni.

undas poterant . Hinc duplicatus operantibus labor .

Diod. Siculus 1. Rec. antiq.
2. p. c. 1.

Quem sanè cùm sustinere Campani Operarij non possent, Samnites accersuit: quibus sueta apud paludes opera, procera membra, ingentes vires. Vndè *qui rei magnitudinem aduertat*, Proregis nostri *in omnes Campanos beneficentiam, eiusq; prudentiam, nullus pro meritis satis laudare poterit.*

Tacit. 1. Annal.

Quantum ergò aquarum circumfurgentibus iugis oritur, vertere in hos Lagynos curauit, vt earum tyrannidem depelleret.

Polyb. 3. Hist.

Egregiè Excell.^{mc} Princeps, quòd Campos *præcipua bonitate insignes*, cænosis aquis subiectos esse non pateris. Magnum hoc tuum non ergà homines modò, sed erga terram ipsam meritum, sistere calamitatem, durum seruitutis iugum depellere, & meliores, & feraciores, quàm antè inundationem facere. nam *post emissam aquam* futuri sunt *secundiores*. Etenim *loca ab aquis liberata, sunt secundiora, veluti † dulci vligine saginata.*

Beroaldus ad Suet. Claud.
c. 20.

† Virgil. 1. Georg. -- Dulci
vligine lusa.

Sanfelix. Campa.

Hinc *limus montanis è locis in imbribus defluens feraciores reddit ea ratione, qua pro inundantis Nili incremento frugibus cumulatur Ægyptus.*

Mal. Frontin. de Aquaduct.

Magnum inquam potentiæ tuæ inditium damnosam aquarum pœnum felicitate mirabili deuacuasse, & in eius locum annonæ subsidium, & Neapolitani populi horreū collocasse: *impuriorem spiritum, & causas grauioris cæli, quibus apud veteres Campaniæ infamis aër fuit, remouisse*: ignotos atavis fundos, & nimis antiqua rura suis dominis reddidisse: æquoream illam faciem in placidam, ac formosam varijs floribus fucatam, & segetibus ornatam mutasse: exiguis ratibus campum antea peruium, equitabilem fecisse. qui

Virg. 3. Georg. sumpsit ex
Lucretio lib. 6.
Ferratus utrinque sustinet
orbem.

————— *Iàm tergo ferratos sustinet orbem,*
calcatur terra

Virg. ibid.

————— *Nunc hospita plaustis,*

Et

Et libet irata cernere murmur aqua:

quia intrà alueum suum compressa, ac domita, nec ut antè opprimere, nec rapere potest.

Inscript. Pötio Salazaris apud Grute, pag. 161.

Recipite igitur Agricolaë gaudia vestra, Cápāniam feliciorē possidete, & prouidentiam Excell.^m Lemenſium Comitū celebrate; & ut antea diſſonis clamoribus ſēdiſſimi gurgitis iniurias, & damna in cœlum vſque extollebatis: nunc concentu, plaſu, & meditato carmine RESTITVTO-
RIS CAMPANLÆ laudes perſonate. qui potuit prudentia, conſilio, arte, ac largiſſima prouiſione nimiam aquarum licentiam coërcere, SECVRITATIQVE PERPETVÆ benè conſulere. & apud agros veſtros, & glebas omnes Clementiſſimo Principi gratias agite, cuius virtute, ac ſapientia ſaluos eos habetis.

*Subuenite, & Campani omnes, & agendo pro communibus bonis beneficentiſſimo Proregi gratias, munus meum adimplete, debitumq; veſtrum laudabili ſatiſfactione perſoluite. Nam ſicut * vnus ſatiare non valet omnium hominum vota, ita multi vnus poſſunt complere diſpoſita.*

Caſſiod. 11. Var. ep. 1.

* In eandem ſententiam Symmach. lib. 1. ep. 49. Res enim quæ ad omnes perſinet, nunquam vno teſte cōſentia eſt. & lib. 4. ep. 7. Quo circa arduum eſt, ut vnus ſermo compenſet, quod ſanctorum affectu conſtat.

Caſſiod. 7. ep. 5.

Sed hæc poſſibilia facis, diſertiſſime Princeps cum magni illius fabrilis exercitus ſtipendia nulla tarditate diſtuleris, ſed in omni die Dominica illius hebdomadæ mercedem iſſdem in terris, vbi operati eſſent, pecunia perſolueris. Efficaciter enim imperat artiſci, qui eum competenti non patitur cōmoditate fraudari. Manus larga artium nutrit ingenia, quando qui de victu non cogitat, perſicere iuſſa feſtinat.

ibid.

Quod ſanè cū anteà factū non ſit, ſed inopes Operarij Neapolim venire cogerentur, vbi expectatione, & tarditate ſolutionis, grauiffima damna patiebantur, vtiliſſimum hoc opus magnam celeritatem requirens, ignauiter agebatur.

Prætereà dū non in vnā partem omnes ſimul operarētur, ſed diuiſim vnusquiſque in regione ſua: quicquid terræ interdiū egerebatur, noctu humo relabente, paluſtriſque

Idem 2. ep. 37.

strique limo in se residente, explebatur. Ideò *ad initium reuocatus operantium labor*, irritus semper videbatur, magnaue pecuniarum summa imperitè perdebatur.

Ibid. ep. 33.

Ceterum vigilantia tua, cui proprium, & velut ingenium est, antiquorum errores agnoscere, ac emendare, damnum hoc animaduertens, & *animosius peragi, quod sub collegij adiunctione suscipitur*;

Suet. Claud. 4. 20.

Continuis trecentis hominibus, non in diuersis regionibus, sed in vno loco *sine intermissione operantibus*, insignis opus, quod erit cunctis profuturum, *absoluisti*.

Cepocius 2. Neap. Hist. c. 7.

Idque non immodico sumptu, sed exiguo, si magnitudinem operis, ac loci difficultatem animaduertimus. cum tantum *xxxviii aureorum M. impenderis*. Quibus Fisci expensis, & si vtilibus, & necessarijs, veluti compensando *III. M. annua opposuisti*, quibus eum auges * *Molendinis, & Fusarijs* locis maturandis linis aptis, ad fontes Clanij super Lagyno Lescarij collocatis, vbi cum in principio eructantis aquæ posita sint, non solum cursum eius non remorantur, imò impetum augent, cum velut cōpresæ, ac deſentæ concitentur, maiorique vi *molas exerceant*. Vndè sub tua Præfectura optare debet Fiscus magnas expensas facere, cum semper non solum *ad assẽ impendium reddas*, erogatas pecunias refundens, sed perpetuis redditibus cum locupletioſiorem præstes. *Ità beneficio tuo nec maligna tellus, & obsequens Clanius, Campaniæ quidem sæpè, sed gloriæ tuæ, nostræq; vtilitati nunquam largior fluxit.*

* Liceat mihi cum doctissimis hominibus sic appellare, cum apud idoneos auctores proprio nomine hoc inuentum carcat. Polid. Virg. 3. de Inuent. cc. 18.

Cassiod. 3. Var. ep. 31.

Plin. 1. ep. 15.

Idem Paneg.

Ibid.

† Id enim ostendit Cice. trib. Orationib. de Le. Agraria.

PERCREBVERAT antiquitus Urbem Romanam, eiusque exercitus, nisi *frugibus*, ac vectigalibus † Campaniæ ali, sustentariq; non posse.

Ibid. vbi plura de Superbia & arrogantia Campaniæ.

Superbiebat Campana arrogantia — bonitate agrorum, & fructuum magnitudine — copia, atque omnium rerum affluentia.

Plin. Paneg.

Quodd victorem quidem populum, pasceret tamen; quodq; in suis agris, in suis manibus, vel abundantia sua, vel fames esset.

Et

Et sicut olim Ægyptus *ventosa*, & *insolens natio*,

Ibid. & Vopisc. in Saturnina.
in prin.

Quattuor mensium annonam urbi suppeditabat, Africa autem octo;

Ioseph. 2. Exci. Hieros.

Ita Magnæ Neapoli non solum Campaniæ caput, & Metropolim, sed & duodecim Prouinciarum Reginæ effectæ, & ob id *hominum frequentia abundanti*; Laboriæ sex mensium annonam, Apulia sex alios præbebant.

Vberrus Foliers de Land.
Vrbis Neap. l. Cæsar Cap.
pacijs 1. Neap. Hist. c. 3.

Iulianus in Misopogone.

At postquam suo ipso flumine vastata, per tot annorum seriem fecunditatem amisit, *recepit frumenta quæ miserat, deportataque messes reuexit. Discat igitur Campania, credatque experimento, non alimenta se nobis, sed tributa præstare: sciat se non esse populo Neapolitano necessariam, & tamen seruiat.*

Plin. Paneg.

Post hæc, si volet, Clanius amet alueum suum, & fluminis modum seruet: nihil hoc ad felicissimam Ciuitatem, ac ne ad Regnum quidem. nisi ut inde iumenta, & plaustra vacua, & similia redeuntibus, hinc plena, & onusta, & qualia solebant venire, mittantur.

Ibid.

Mirum Excell.^{me} Princeps videretur, si desidem Clanium agrum Italiæ vberimum stagnatam, cessantēque Campaniam, non sensisset Ciuitatis annona, quæ

Ibid.
Liu. lib. 7.
Plin. Paneg.

Tuo peruigili animo,

Symmach. 9. ep. 39.

Tua cura — æternis commeatibus

Plin. Paneg. vbi Lips. legit
alternis.

Eius damna pensitante,

Symmach. 3. ep. 82.

Usque illuc redundauit, ut simul probaretur, & nos Campania carere posse, & nobis Campaniam carere non posse. (quamuis crediderim arctiorem aliorum Proregum annonam hinc aliquam potuisse causam habere) Actum erat de fecundissima regione, nisi tu adfuisses. pudebat sterilitatis insolite, nec minus erubescere fame, quam torquebatur aëris pestilentia; cum pariter à te necessitatibus eius, pudori, salubritati que subuentum est.

Plin. Paneg.

Nihil enim passus es contumacibus aquis aduersus Campaniam licere. Ergò de mex domus specula peregrinarum nauium

Symmach. lib. 3. ep. 82.

Kk

nume-

numero transcursus, Campaniæ redditam felicitatem audio, & gaudeo victum populi Neapolitani non fato prouinciarum, sed voto Principis regi.

Idem cod. lib. ep. 55.

Hinc libens video, quid frugis fidelissimæ Vrbi indies accedat, quid Neapolitanis horreis Campanus adijciat ager. Nam pænè, ut recordamur, cessante eo fames in limine erat, quam clementissimus IEMENSIVM COMES VBERTATIS LARGITOR, NEAPOLITANÆ COPIÆ REPERTOR, SATIETATIS VRBANÆ SALVBRE PRÆSIDIVM, PVBLICÆ SECVRITATIS VNICA CAVSSA, CAMPANÆ FELICITATIS RESTITVTOR, & ad salutem publicam genitus Princeps præuenit ingestis alieni soli copijs, & peculio separatim annonæ concessio, & Campania TOTA culturæ reddita, firmavit. Quem nunc omnes non tantum vt Principem benignum, prouidum, vigilantem, & Catholici Regis Vicarium, verum ut altorem amare debent.

Ibid.

Idem eod. lib. ep. 82. & Plin. Paneg.

Symmach. d. ep. 82.

Idem 2. ep. 7.

Idem 3. ep. 55.

Non iam solliciti, ut antè, de fame ciuium (Ex inopia namq; publicus ctus vertit in gaudia) defectum timemus annonæ: sed securitate saturamur.

Vopisc. Aurel. c. 47.

Nec enim populo Neapolitano saturo quicquam potest esse letius.

Symmach. 10. ep. 31.

Hoc seculo tuo, hoc virtutibus diuinis dignum est, ut securitatem deuotissimi populi inter præcipua, & prima cures.

Inferatur hic Campaniæ Felicis Typus.

Frontin. de Aquaduct.

QVID, quòd nec hoc diligentia Principis, quàm exactissimâ ciuibus suis præstat, sufficit, parum præsidij, ac voluptatis nostris contulisse sese credentis, quòd tantam copiam frugum adijciat, nisi eis conterendis NOVA INVENTIONE FONTIVM eiusdem cum Formellis bonitatis, eximiam vtilitatem accresceret:

Symmach. 10. ep. 31.

Vt nihil felici Vrbi sollempnis alimonie deesset. Nam re magis quàm spe tuti esse debemus: quod facile factu fuit, postquam hanc quoque partem clementia tua respexit. Ideò

OPE-

Alam. in Guiniana



Int autem non proci Na-
coria Vrbe.

per tot secula deperditæ, iuuare mortales auidè cupiebant,
& vel erumpentes detecto irriguo cursu suos dulces, ac
salu-

Vid. Ep. de C. 10. cum videret
relicta.

*gis quam spe tuti esse debemus : quod facile factu fuit , postquam
hanc quoque partem clementiae tuae cura respexit . Ideo*

OPE-

Allam inscriptionem hac eadem de re feci.

PETRVS FERNANDEZ A CASTRO NEAPOLITANI REGNI PRAEFECTVS TOTO ORBE MAGNIFICIS OPERIBVS SEMPER, AC FELICITER CELEBRANDVS.

NOVAS PVRISSIMAE, AC SALVERIMAE AQUAE FECUNDISSIMAS VENAS EFFOSSIS PVLCERRIMI VESVVII MONTIS RADICIBUS INVENIT: ET APERTO ANTIQVISSIMO PEREUNTIS PROFLVVIS SECRETO, AD INVANDOS MORTALES, VERTENDASQUE FRUMENTARIAS MOLAS, FIDELISS. VSQVE CIVITATEM PERDVENDAS PECVNIA PVBLICA CVRAVIT.

OPERO SO LABORE EXCAVATIS VESVVII MONTIS INFIMIS
RADICIBVS QVÆSITAM AQVAM IVGI PROFLVIVIO
VNDIQVE SCATENTEM, LABVLLA VBERIOREM
SALVBRIOREMQVE, NE IN MARE CADENS VLTERIVS PERIRET, AD POMOERIVM CIVITATIS
PERDVXIT.

VBI TRIGINTA AQVARIAS MOLAS, PVBLICIS
PRIVATISQVE COMMODIS, ET VOLVPTATIBVS MIRANDA UTILITATE COLLOCARI
IVSSIT.

Opus profectò eximium, & antiquis illis Romanorum aquæductibus cõparandum. *Nec enim MAIVS QVIDQVAM, AVT VTILIVS excogitari posse HVMANO INGENIO arbitror, quàm quod hic Prorex nolter, effossis tanto spatio MONTIVM intimis visceribus, fecit.*

Nam quamvis Neapolitana Ciuitas aquis abundet irriguis, sitq; fontibus gaudens, & formarum inundatione ditissima: constat tamen ad molendum has desiderasse aquarum perennitates. Nam cum in distantibus locis aquariæ molæ essent collocatæ, hyeme prouecta, dum intractabilis nauigatio est, non inani tangebantur metu, ne res annonaria in graues cogatur angustias: & certè dispendioso labore in Ciuitatem inferebatur.

MONS pulcherrimus omniũ Vesuius, Aetnei ignis imitator.

Mari imminens, propè Neapolim extat, FONTESQVE HABET PERENNES*

Potabilis aquæ montis ad infima, à quibus, & amnis DRACON quidam deriuat, qui iuxta Nuceriam labitur.

Sed hæ aquarum frequentes, ac vberes scaturigines, quas toto illo vicino iugo campi tractu emanare constat, per tot secula deperditæ iuuare mortales auidè cupiebant, & vel erumpentes detecto irriguo cursu suos dulces, ac

salu-

Albert. Leander in sua Campania.

Cæliod. 3. Var. ep. 58.

Symmach. 10. ep. 31.

Flor. in Epit. Re. Rom. lib. 5. c. 16. à quo trāscriptit Iordanes de Regnor. success. c. 21. Dio Nicæus in Tiro quem sequitur Ambros. Leo lib. 1. de Nola. c. 1. dum ait. *Et hæ solum possunt esse fontes potabiles, quos Vesuvium profunderet Dio memorauit.* Procop. lib. 3. belli Gothici circa finem quem sequitur diligens, ac eruditus Iul. Cæs. Capac. 1. Hist. Neap. c. 7. dū ait, *Procopiumque vera dicere non dubito, qui ad montis Vesuii radices aqua potabilis fontes fuisse asserit.* &c. & c. 18. eius verba relata.

*His etiam accedit Leonardus Arctin. lib. 4. de Bell. Ital. aduersus Gothos ad finem Vesuius est (inquit) Campaniæ mons, per cuius verticem caligo, & flamma quandoque euomitur. In radicibus vero eius montis fontes sunt dulces aquarum, fluminisque ab his fit, qui Dracem appellatur ferunt autem non procul Nuceria Urbe.

salubres liquores ostētabant, ut hoc ipso homines aduerterent, & velut ad sese allicerent, atque inuitarēt: vel absconditæ eorū incuriam, atque ignorantiam indignātes, suaptē natura aditus queribundæ per subterraneas inanitates magno cum murmure ad vicini maris oram effluebant.

Front. de Aquaduct.

Symmach. 10. ep. 22. & 3. ep. 55. Iam dicimus nostrū esse quicquid ubique bono Principi nascitur, in eodē sensu Plin. Paneg. V: quæ ubique caputuntur, omnesq; gemis amicem capient.

Nunc verò providentia diligentissimi Lemensium Comitum, & acuti ingenio patefactæ, & in humanos vsus conuersæ, velut gaudio bullientes exiliunt, ac data porta properantes fluunt. *Siquidem constat, gubernante eò, populi esse Neapolitani quicquid ubique generosum, vel gignit natura, vel informat industria.*

Tacit. 16. Annal. in princ.

Hoc nobis tam gratum esse, quàm tibi gloriosum cognosce: quatenus inditium illud perennium fontium antiquorum libris expositum, nostris temporibus tua perugili industria venerit approbandum. & quia *per tantum aut occultati videntur, augendis presentibus bonis.*

Ibid.

Igitur & auctoris, & ipsius negotij fide satis spectata, missisque visoribus, per quos nosceret, an vera assereretur, cum expertum esset, & vberem aquarum penum, & diuersam à Labulla, amplissimum aquæductum per quattuordecim milliaria, tum subterraneo riuo, montibus pluribus locis perforatis, ubi duriora saxa occurrebant, vel substructione, & supra terram opere arcuato proximè ad portam Nolanam construxit. Per quem perditas prius aquas, & saluberrimos fontes necessitatibus vrbs usque ad mœnia ducendos curauit. ubi TRIGINTA AQVARIAS MOLAS TRIBVS MOLETRINIS distributas collocavit, ita maxima solertia, & salubri ingenio constructas, ut tot rotis angustus alueus sufficeret, quæ augment quotānis huius Ciuitatis Ærarium XL.M. aureor.

Front. de Aquaduct.

Vitruv. lib. 10. de Architec. citem 10. Pallad. lib. 1. c. 42.

I. Lips. lib. 3. de Magnit. Ro. dial. 11. Agrippam Augusti amicum, ac generū ob aliū Aquæductum dilaudans.

O virum Philippo III. Rege dignum! o virum vel perpetua memoria dignum! & non credo benignius, & publicè utilius ingenium, non item modestius, & Principi aptius, extitisse. Tales, tales sint vobis o magni Reges consiliarij, & ministri: qui gratiam, gloriamq; simul, operibus suis, apud posteros imperij vestri propagent.

Quam

Quàm nunc iuuat Campaniam, eiusque caput Neapolim in fidem nostram, ditionemque venisse, postquam contigit Prorex, qui aquas nunc huc, nunc illuc, ut tempus, & necessitas posceret, transferret, referretque! qui occultas, ac nunquam visas vndas, ut facilius Neapolitanum populum, plebemque aleret, ac tueretur, ita perscrutatus est, ut nec illis rapidi cursus, ac lubrici lapsus ad effugiendum sufficerent; nec pulchra illa moles, monsque altus superimpositus defendit, absconditque, quominus aperto fluxus sui secreto, extraheretur.

Iul. Caf. Capac. lib. 1. Hist. Neap. c. 3.
Plin. Paneg.

Et terræ quidem nunquam benignitas tanta, ut omnia simul loca dulcibus humoribus vberet, foueatque; nec omnibus simul humanis vñibus, & auxilijs leues, atque perspicuos liquores subministret: hic verò omnibus pariter resides aquas, & novos amnes veluti aridis fesse terræ visceribus infundit, laboriosa incommoda, ac sumptuosa impendia vitat, ut formatis aquarijs molis, sine animalium, vel hominum labore frumenta frangantur.

Ex cod. Plin. ibid.

Eumenius Rhetor Orat. pro Scholis Instaur.

Pallad. lib. 1. c. 42.

HACTENVVS de Paludibus, ac Molendinis. sed limū cœnum, sordesque, si quas ex illis contraximus, aut si ex his euasimus farinulento cinere sordide candidati, aquarum ex Formellis puris liquoribus abluamus. Nam

Apuleius lib. 9. Metamor.

Nympha Labulla urbem fonte perenne rigans;

Illabens subter vicatim mœnia circum;

Perque domos largo flumine, perque vias.

Atria aquis, domus omnis aquis, Urbs omnis abundat

Nilis, & centum fontibus unda venit.

Præbet ubique libens sitienti pocula lympa,

Splendidior vitro, dulcior ambrosia.

Ita pensilis quodammodo Urbs supra aquas innatat, quo nihil admirabilius Neapolis habet. Quis enim crederet mari subterraneo urbem allui, & perennibus fontibus semper irrigari? ad ciuium commoditatem, ad rem frumentariam, ad salutem esse natos, pluresque Neapoli, quam tota Italia haberi?

Sic Pontanus
Est inter notas secundo
prima Labulla
Nominis Formellis ---
Donatus Fracus in sua Neapoli.

Iul. Caf. Capac. lib. 2. Neap. Hist. c. 7.

Currit aqua sub delectatione purissima, nullis sordibus polluta. Nam cum alie pluviarum nimietate terrena commixtione vio-

Cassiod. lib. 7. Var. for. 6. de Comitibus formarum.

Ll lentur,

lentur, hæc aërem perpetuò serenum purissimè labens unda mentitur. Quis possit talia sermonibus idoneis explicare?

Ibid.

Ægyptius Nilus certis temporibus crescens per campos iacentes superducto diluvio aëre sereno turbulentus exæstuat: sed quantò pulcrius est, Formellas Neapolitanas per tot siccas montiū summitates lavacris, ac domibus liquores purissimos fistularum uberibus emisisse? & ità aqualiter fluere, ut nunquam se possit desiderata subducere? Ille enim dùm recedit limus est: dùm venit insperatè diluvium. Quis ergò famosum Nilum Urbis nostræ fluminibus non æstimet esse superatum? quando ille incolas suos, aut veniendo deterret, aut recedendo destituit.

Ibid.

Frontin. de Aqueduct.

Verum hæc non superflua commemoratione narrauimus: ut possis advertere, quid ex his quoque Formellis ad priuatorum commoda, incremento beneficiorum tuorum diffundatur.

Capac. a. Neap. Hist. c. 3.

Maritima Plaga Pausilypo felicitate æmula, fructibus ferax, floribus varia, frondium textura monstrabilis, magnitudine, & odore citriorum conspicua, aëris caliditate admiranda, quæ tantum ad generationem confert, ut undique liberi pullulent, & numerus ad quattuor millia hominum accedat.

Ex Horat. 1. Satyr. 1.
Tantalus à labris, &c.
Capac. d. lib. 2. c. 3.

Hæc inquam tot rebus diues, tam insigni temperie felix, solùm dulces aquarum liquores optabat. sitiebant enim miseri inter undas, & si non refugas, falsas tamen captabant aquas, quamobrem pulchras alioquin mulieres nigri dentes deuenustant.

Suet. Aug. c. 42.

Quibus satis prouisum à prouido Prorege, perductis, ac deriuatis ad illam celebrem plagam salubre ægrorum perfugium aquis, ne homines sitirent.

Idem Claud. c. 20.

Velle. Paterc. a. Hist. c. 81.

Per quam Formarum gelidos, & uberes fontes passim distributos, ac copiosè salientes videas, singulare, & salubritatis instar, & amœnitatis ornamentum.

Symmach. 1. ep. 55.

Sentit curas, ac vigilias tuas communis patriæ copijs, & satietate FIDELISSIMVS POPVLVS NEAPOLITANVS;

Idem 9. ep. 39.

Et pro industria, atque integritate tua palmā sincere, & integri

gri iudicij multis occasionibus protulit, nam *populus quidem dilectum Principum seruat*: sed præcipuum publicæ lætitiæ testimonium dedit in festo die S. IOANNIS BAPTISTÆ, quem semel prioribus Proregibus celebrare solebat, tibi verò per totum prudentissimæ Præfecturæ tuæ felicissimū lustrum pulchriores, ac speciosiores summo omnium studio, & apparatu exhibuit. *qui tantum PRIORES EXCES- SERVNT, vel magnitudine, vel specie simulacrorum, vel modo pecuniæ, vt OMNIVM ANTEACTORVM comparisonem ampli- tudine vicerint.*

Plin. Paneg. vbi ita legit
Lips. veriorque videtur le-
gio, quam vulgata *Princi-
pem*.

Velle. Paterc. lib. 1. c. 96

*Ac velut officijs trepidantibus ora puellæ
Spe proprio tori mater solertior ornat
Adueniente proco: vestesq; & cingula comit
Sapè manu, viridiq; angustat iaspide pectus,
Substringitq; comam gemmis, & colla monili
Circuit, & baccis onerat candentibus aures:
Sic oculis, placitura tuis, insignior auctis*

Claud. Paneg. in vi. Consul.
Monerij.

tot rebus, & felicior se Neapolis toties videndam obtulit.

Exornauit vias quibus incederes diuite, ac pretiosa supel- lectile: omnium signa collegiorum, Sanctorum simulacra ada- mantibus, alijsque gēmis in decorem pariter ac stuporem ornata protulit, numerosa clarorum instrumenta modulorum per compendia sapius tibi occursura pertulit.

Paneg. Flauia. nomine
Constant. d.

----- *Sparguntur & omnes
Flore via* -----

Claud. de Laud. Stilich. Pa-
neg. 3.

----- *Et quantum licuit consurgere tectis
Vna replet turba facies: undare videres
Ima viris, altas effulgere matribus ades,*

Idem in vi. Conf. Hono. &
de Laud. Stilich. Paneg. 3.
*Nōne vides, & plebe vias,
& tellus latere
Matribus* -----

Ergò non atas quenquam, non valetudo, non sexus retarda- uit, quòminus oculos gratissimo spectaculo impleret. Te paruuli noscere, ostentare iuvenes, mirari senes: egri quoque neglecto meden- tium imperio, ad conspectum tui, quasi ad salutem, sanitatemque prorepere. Inde alij se satis vixisse te viso,

Plin. Paneg.

-- Et

Claud. in v. 1. Conf. Hæc

Et in hunc sibi prospera fata
Gratantur durasse diem; -----

Vlin. Paneg.

Alij, nunc magis esse viuendum prædicabant. -- Vidisti op-
pletas undique vias, angustumque tramitem relictum tibi; ala-
crem hinc, atque inde populum, ubique par gaudium, parcmque
clamorem. quia

Claud. de La. 1. Stilich. Pa-
neg. 3.

Non sic virginibus flores, non frugibus imbres,
Prospera non fessis optantur flamina nautis,
Vt tuus aspectus populo -----

Bia

----- Exultant avidi quocunque decorus
Conspiciare loco, nomenque ad sidera tollunt,

Paneg. Flavian.

O lustrum prudentissimæ Præfecturæ tuæ omnibus lustris
felicius! ò lustrum quod meritò longissimam optimi Imperij
æquavit ætatem! Nobis ergo præcipue te Proregem Deus fecit,
quibus singulis hæc est nata felicitas, ex quo

Virgil.

Tu regere imperium populo -----

Paneg. Flavian.

Neapolitano cæpisti, quinquennalia tua nobis etiam perfectæ
celebranda sunt.

Suet. Aug. c. 98. Velle. Pa-
terc. 2. Hist. c. 123. Statius
Neap. lib. 2. Sylvar. syl. 2. &
lib. 5. syl. 3. in Epicædio in-
patrem Alex. ab Alex. li. 6.
Genia. dic. c. 19.
Strabo 5. Geograph.

Et vt olim Quinquennale certamen Musicum, & Gymni-
cum honori Augusti Neapolitani instituerunt,

Ludis Græcorum nobilissimis æmulum;

Rodolphus Hospinianus 2.
de Orig. Festorum ad fi. in
Appedice ad ludos Roma-
no. à quo transcripsit Iul.
Cæf. Capac. lib. 1. Neapol.
Hist. c. 15. in princ.

Vbi versu, prosa, oratione, dicendi arte, Græcè, Latinèque,
tum Musica per citharædos, ac citharistas, lucta, & pancratio
certabatur.

Alex. ab Alex. lib. 6. Genia.
c. 19.

Ità hodie honori tuo Quinquennalia dicare, ac sacrare
maximè debent, cùm maiora, ac longè vtiliora be-
neficia à te acceperint. In quibus lege cauendum, vt ma-
gnis Oratorum, & Vatum certaminibus quantum quisque fa-
cundia, & ingenio eniteret, in laudibus tuis scribendis, &
carminibus celebrandis ostenderet.

Paneg. Flavian.

Præclara fertur Catonis oratio de lustris sui felicitate: iàm tunc
enim in illa vetere Repub. ad Censorum laudem pertinebat,

SI

SI LVSTRVM FELIX CONDIDISSET, si horrea messis impleisset, si vindemia redundasset, & si oliueta larga fluxissent. Quid ergò nos conuenit gratulari de hoc Præfecturæ tuæ lustro? lustro, quo licet nulla frugum cessarit ubertas, fecisti tamen, ut omnia videantur fuisse largiora, quàm fuerint.

Nam horreis plus frugis inuexit — in somnis tua cura, quàm huic Regno annorum fortuna contulerat. Symmach. lib. 9. ep. 39.

Hoc nobis est istæ infatigabilis prouidentia tua, quòd terra mater frugum, imò quicquid illa parciùs dedit, nobis tamen ex tuo beneficio natum est. Paneg. Flauian.

SVNT quidem præclara Excell.^{me} Princeps, quæ in publicum proferis; sed non minora ea, quæ in limine tenes. est magnificentum, quòd te ab omni contagione vitiorum reprimis, ac reuocas; sed magnificentius, quòd tuos. Plin. Paneg. Auð. Paneg. Philipp. non tantum ipse ab omni contagione vitiorum.

Quantò enim magis arduum est, alios præstare, quàm se, tantò laudabilius: quòd cum ipse sis optimus, omnes circa te similes tui effecisti. Plin. Paneg. transcripse Auð. Paneg. Philipp. Quæ verò plus est negotij, alio. præstare quàm se, hoc magis prædicandum. quòd cum ipse sis incorruptissimus, omnes tui similes effecisti, tum eos qui circum te sunt, &c. M. Cic. 1. ad Q. frat. ep. 1.

Sunt enim hæc fundamenta dignitatis tuæ: tua primùm integritas, & continentia; deinde omnium qui tecum sunt pudor.

Cumque duo sint, quæ ab egregijs Principibus expectentur SANCTITAS DOMI, in armis fortitudo, utrobique prudentia: Aur. Vict. in Epit. de Vit. & mor. Imp. c. 13.

A domesticis inchoare voluisti disciplinam, ut reliquos pudeat errare, quando tuis cognoscitur excedendi licentiã non præbere. Caesiod. 10. Var. ep. 5.

Primam domum tuam coërces, quod plerisq; haud minus arduum est, quàm prouinciã regere. Tacit. Agric.

Quidquid enim hi rectè, vel sequiùs egerint, id verò Principi adscribitur, talemq; eum cuncti censebunt, qualia eos facta exercere permiserit. Mæcenat Aug. apud Dion. lib. 52.

Quicquid delinquent, ei velut auctori imputabitur.

Periclitantur ergò in actionibus eorum, si illi mala intentione tractent: & quod nulli accidit, alienam vitium, Principum.

Cap. Qui post. 23. q. 3. Auð. Paneg. Phil. Principi utrumque nam quoque culpam eorum præstandam. Caesiod. 12. Var. epist. 1.

Mm cele-

celebratur opprobrium. Sustinent tales casus, quales in alios vindicare non possunt: & lex qua fruuntur cuncti, in eis non potest custodiri.

Plin. Paneg.

Vndè multi illustres viri gloriam in publico partam, domi perdidierunt.

Cassiod. 4. Var. ep. 2.

Quia de claritate, aut improbitate seruientium, crescit, aut imminuitur fama dominorum.

Idem 12. ep. 2.

Hoc enim habent ex alia parte solatium, quod illorum bona, horum creduntur esse mandata, & eis ociosis acquiritur, quicquid gloriæ illorum laboribus expenditur.

Plin. Paneg. transcripsit Andr. Paneg. Philip. Vt frugalitatis, modestie, simplicitatis, integritatis exempla, nō aliunde melius, quàm a suo palatio primas in domos referantur.

Marcial. 9. ep. 31.

Ex tuis verò multum tibi gloriæ accessit, nam in eis tanta humanitas, tam altus pudor, ut ad paruos penates, & larem angustum, ex domo Principis, modestie, & tranquillitatis exempla referantur.

Oderat antè Ducum famulos, turbamq; minorem,

Et Pallatinum (Neapolis) supercilium:

At nunc tantus amor cunctis, (o Petre) tuorum,

Vt sit cuique sue cura secunda domus.

Tam placide mentes, tanta est reuerentia nostri,

Tam pacata quies, tantus in ore pudor.

NEMO SVOS (hac est aulae natura potentis)

SED DOMINI MORES * Cesarianus habet.

Plin. Paneg.

Deinde tibi VXOR in decus, & gloriam cedit,

Idem 7. ep. 9.

Tali marito, tali patre dignissima.

Ibid.

Quæ castitas illius? quæ sanctitas? quanta grauitas? quanta constantia?

Idem Paneg.

Quàm illa nihil sibi ex fortuna tua, nisi gaudium vindicat?

Ibid.

Eadem quàm modica cultu? quàm parca comitatu? quàm ciuilis incessu? mariti hoc opus, qui ita imbuit, ita instituit: nam uxori sufficit obsequij gloria.

Idem 7. ep. 19.

Quàm iucunda, quàm comis, quàm denique (quod paucis datum est:) non minus amabilis, quàm veneranda? Est sanè quam

* Cesariani appellabantur, qui in Aula Caesaris versabantur, & circa eum erant, ut ex Xiphilino in Hadriano constat. Apud Iurisperitos tamen, sunt Ministri, & Officiales Procuratoris Caesaris l. 5. C. de iur. sig. lib. 10. l. 9. §. ult. C. de Bonis proferri. Cuius ad l. 5. D. de iur. sig.

quam uxoribus nostris ostentare possimus: est à qua viri quoque fortitudinis exempla sumamus: quam sic cernentes, audientesque miramur, ut illas, quæ leguntur.

Non formæ dumtaxat præstantia, & ætatis flore spectabilis, sed multo magis ob virtutem in admiratione habenda. non enim pudica modo, & mariti amans est, sed & prudens, & magnanima, ac propter mansuetudinem, benignitatemque subditis mirifice accepta.

Plutarc. de Virtutib. mulie. in Camma.

Nam ipsum quoque genus humanitatis ornavit. Quis possit sufficienter edicere, quanta pietate, quanto morum pōdere decoretur?

Cassiod. 18. ep. 4.

Id matrimonium ad maiora nitenti decus, ac robur fuit. Vitæ mira concordia, per mutuam caritatem, & inuicem vos anteponendo, nisi quod in bona uxore tantò maior laus, quantò in mala plus culpa est.

Tacit. Agric. licet Pichenas ibi, quem Lips. num. 17. sequitur, emendet. tanto minor. dixi sup. p. 47. Sed vulgata lectio præclaram habet sententiam, & tueri potest.

Auget etiam splendorem summa eius religio, pauperum necessitatibus largè succurrit, claudorum, atque debiliū maximam habet curam, non seruis, non ancillis, non alijs ministris utens, sed per semetipsam agens, & ad eorū habitacula veniens, & unicuique, quod opus haberet, præbens.

Plutarch. in Camma.

Paul. Diac. 13. Hist. Miscell. c. 10. de vxore Theod. Imperatoris.

Sic per ecclesias, & per ecclesiarum xenodochia discurrens, suis manibus ministrat infirmis, ollas eorum tergens, ius gustans, offerens cochlearia, panem frangens, cibosque ministrans, calicem diluens, & alia cuncta faciens, quæ seruis, ac ministris mos est sollemniter observare.

Ibid.

Huius pietatis insigne, & seculis omnibus memorandum exemplum præstitit, non enim tantum

----- scelerum matrem, quæ semper habendo
Plus sitiens patulis rimatur faucibus aurum,
Trudit auaritiā -----

Claud. de Land. Stilich. Pæneg. 2.

Sed & magnā, atque inauditam liberalitatem exercuit. Nam cum in publicis * comitijs omnes communi suffragio non grates tantum agerent, sed donum xxx. aureorum M. decernerent: non sibi, sed extructioni Sacelli s. IANVARII

Liui. lib. 28. de Legatis Sanguinorum.

MAR-

* Epist. Ciuit. Bar. & Regni ad Cath. Reg. nostrum. Supplicia di. p. 1. a V. M. quædam fidelissima Ciuit. Baronag. 10. e Regno, si degni ordinaro alla Comissa de Lo.

MARTYRIS huius Ciuitatis praesidis, ac custodis accepit.

Quid sanctius? quid antiquius?

Pulchrius hoc, quàm si recusaret. nam recusare ambitionis, moderationis, & religionis eximia est, eligere locum pium, & eius vsibus gratulationem publicam deputare.

Vt appareat non superbia, & fastidio amplissimum honorem, & fidelissimi Regni deuotionem repudiare.

Tali Heroinae ab Excell.^{mo} Principe Lermenfium Duce (*Viro in tantum laudando, in quantum intelligi virtus potest*) gener dilectus, è moribus soceri nihil aequè, ac beneficentiam, & liberalitatem hausisti. Nepos, maritus, gener, amicus, cunctis vitae officijs equabilis, opum contemptor, recti pernix, constans aduersus metum.

MACTE esto tedis o Hymenae tuis.

Tàm bene rara suo miscentur cinnama nardo,

Massica Theseis tàm bene vina fauis.

Nec melius teneris iunguntur vitibus ulmi,

Nec plus lotos aquas, littora myrtus amat.

Candida perpetuò reside concordia lecto,

Tàmque pari semper sit Venus aqua iugo.

Diligat ipsa senem quondam; sed & illa marito,

Tunc quoque cum fuerit, non videatur anus.

Annuat Deus vestris votis precibus huius Sancti Martyris, ut numerosam, vobisque similem prolem exoret, quo pluribus munimentis insistat antiquissima, ac nobilissima domus vestra,

—— Et partu possent ditescere dulci.

TANDEM, optime Princeps, venio ad propriam, veram, ac natiuam laudem, quàm in doctrina, & sapientia tua constituo,

Nam genus, & proauos, & quae non fecimus ipsi,

Et bona fortuna, vix bona nostra puto,

At bona nostra voco, pulchrae virtutis honores,

mae nostra Viceregina debbia riconare una picciola dimostrazione di trenta mila scudi, che li Baroni di qsto Regno del proprio loro hauere senza contribatione di popoli han voluto donarli per la molte gratia, & beneficij, e per il notabile essemplio di virtudi riconano ogni giorno da quella casa, &c.

Quare genus, forma, vires opes, diuitia, ceteraque, quae fortuna det, aut extrinsecus, aut corpori, non habent in se veram laudem: quae debet virtuti uni pariter: sed tamen quod ipsa virtus in eam veram rursus, ac moderatione maximè cernitur, tradenda etiam in laudibus: huc sunt natae, & fortuna bona, Cicero de Oratore.

Do-

Doctrinae laudes, ingenijque decus.

Ideò eos doctores sapientiæ sequutus es, qui sola bona, quæ honesta, mala tantum, quæ turpia; potentiam, nobilitatem, ceteraque extrà animum, nec bonis, nec malis annumerant. Tàcit. 4. Hist.

Siquidem ingenium illustre altioribus studiis iuuenis admodum dedisti: non ut plerique, ut nomine magnifico segne otium velares, sed quò firmior aduersus fortuita remp. capefferes. Ibid.

In quibus tantum profecisti, ut constet, & eloquentissimum, & rebus gerendis aptissimum, & liberalibus artibus, quæ animum ad virtutem informant, & ad imperium ritè gerendum, & tuendum maximo adiumento sint, eruditum euasisse. Nicetas Choniates in prin. imperij Ioa. Comne.

Ut sis auitis, paternisq; virtutibus simillimus, omnibus belli, ac togæ dotibus, ingenijque, ac studiorum eminentissimus seculi tui, qui nihil in vita, nisi laudandum, aut feceris, aut dixeris, aut senseris. Velle. Paterr. 1. Hist. c. 12.

Versu talis es, ut omnes poetas tui temporis viceris. Vopisc. in Numeriano, c. 12.

Tàm elegans liberalium studiorum, omnisq; doctrine & auctor, & admirator, ut LEONARDOS AB ARGENSOLA fratres præcellentes ingenio viros domi tecum habueris. Velle. 1. c. 13.

Et ingenia seculi tui omnibus modis foves. Suet. Aug. c. 89.

Idem inter præcipua negotiorum semper curatum est. inquit Symmach. lib. 10. ep. 28. ut erudiatis nobilibus philosophi ex Africa poscerentur.

Nec satis erat, si optimis excultum haberes disciplinis animum, nisi etiam curam instituendæ iuuentutis sustineres, cum is demum optimi, ac egregij Principis finis sit, non modò ut ipse omnia ex officio agat, sed ut qua ratione etiam reliqui omnes, quàm optimi fiant, prospiciat. nullis tamen artibus melius id efficiet, quàm ex scientia literarum: quia quod primum est in homine, mores purgat: quod secundum, verborum gratiam subministrat: ità utroque beneficio mirabiliter ornat & tacitos, & loquentes. Dion. lib. 52. in Orat. Mæcenatis.

Cassiod. 3. Var. epist. 33.

Literæ omnium fundamenta sunt virtutum: utpotè continentie, modestie, vigilantie, patientie magistræ: quæ uniuersa cum in consuetudinem tenera ætate venerunt, omnia deinceps officia vite, ad ipsa, quæ diuersissima videntur, militia, atque castrorum munia conualescunt. Eumen. Rhetor in Orat. pro instaurandis Scholis Augustodunensibus.

Nⁿ Est



Cassiod. 10. Var. ep. 3. & 11. ep. 1. *Ingiur hi rebus, quasi diadema eximium, IMPRETIABILIS notitia litterarum, per quam dū veterum prudentia discitur, regalis dignitas sibi accipitur.*

Est enim desiderabilis eruditio litterarum, quæ naturam laudabilem eximiè reddit ornatam. Ibi prudens inuenit, unde sapientior fiat; ibi bellator reperit, unde animi virtute roboretur: inde Princeps accipit, quemadmodum populos sub æqualitate componat. NEC ALIQUA IN MVNDO POTEST ESSE FORTVNA, QVAM LITERARVM NON AVGEAT GLORIOSA NOTITIA.

Tertull. de Idololat. c. 10.

Ideò rectè vidit, qui dixit, litteraturam, instrumentum esse ad omnem vitam.

Plin. Paneg.

Quare tu hac via mores iuuetutis, quàm principaliter formas? quem honorem dicendi magistris? quàm dignationem sapientiæ doctoribus habes? ut sub te SPIRITVM, ET SANGVINEM, ET PATRIAM receperunt studia; quæ priorum temporum incuria in exilium compulit, cum pauca, & exigua essent olim bonarum artium professoribus salaria constituta, nec aptæ Scholæ, seu Academiæ constructæ, vbi nobilissima Neapolitana suboles liberalibus studijs operaretur.

Tacit. 3. Annal.

Zonaras 3. Annal. in Iustin. Imp.

Atque ita frigentibus passim per oppida Scholis, rusticitas, & barbaries occupavit inhabitantes.

Symmach. lib. 1. epist. 73. & ep. 37. & Cassiod. 9. Var. ep. 21. *Præmium artes nutrire scripsi. & 7. ep. 5. manus longa artium nutrit ingenia, quando qui de vitiis non cogitat, perficere iussa festinat. & ep. 15. in prin. Claud. de laud. Stilich. Paneg. 2. In eod. seniu Cassiod. 2. Var. ep. 16. Nutrit enim præmium exempla virtutes: nec quisquam est, qui non ad motum iurata nitatur ascendere, quādo irremuneratum non relinquitur, quod scientia testis laudatur.*

Scimus enim bonas artes honore nutriri, atque hoc specimen esse florentis Reip. ut disciplinarum professoribus præmia opulenta pendantur.

----- Egregios inuitant præmia mores.

Hinc prisca redeunt artes, felicibus inde Ingenijs aperitur iter, despecta q̃ Musæ Colla leuant, opibusq̃ fluens, & pauper * eodem Nititur ad fructum studio; cum vernal uterque Quod nec inops iaceat probitas, nec inertia surgat Diuitijs.

Tacit. 11. Annal.

Contrà sublati studiorum pretijs, etiam studia pereunt, ut minus decora.

Plin. Paneg.

At tu easdem artes in complexu, oculis auribus habes,

Propè extinctas refoues.

Præstas enim quæcumque præcipiunt, tantumque eas diligis, quantum ab illis probaris.

Idem 3. epist. 18. Mamerti. Panegy. Iuli. Tu extincta iam litterarum studia slammisti.

Plin. Paneg.

* Symmach. lib. 4. epist. 36. Nulli à paupertate discrimen est. & lib. 10. ep. 21. nec se ostendit opulentia, semper bonis infirma temporibus. pulchre Sidon. Apollin. lib. 8. ep. 7. Cum primum bonis artibus locus est, & ad eruditam indicij principis appensa, tandem non numerum libra, sed meritum. Romanis illi, qui superbissimi opinabatur, solo se censu esse censes, qui sic vitiis, ut diuitijs incubantes, volū vanitatis videri alienā surrexisse personam, cum nolint cupiditatibus notari suam crenis se substantiam.

Colis

Colis studia, studiosos amas, foues, prouehis, multorumque, qui aliqua componunt, portus, sinus, premium, omnium exemplum: ipsarum denique literarum iam senescitium reductor, ac reformatior.

Idem 8. ep. 13.

Vt enim fruges non tam soli ingenio, quam cæli beneficio, & tēperie latius proueniunt: ita quoque artes bonæ, eximiaq; ingenia, Principum, ac Magistratuum benignitate excitantur.

Iustin. Epist. in Cantic. cæti.

Ideò inscriptio illa, quam meruit Henricus III. Galliarum Rex cum lectoribus largiora salaria concessisset, optime tibi conuenit.

Hanc Inscript. refert ST. Clauerus in Annotat. ad Claud. de Laud. Stilich. Paneg. 2. lit. K.

EREXI ARTES HVIVS SECLI, QVAS ALAM REGALI VENA.

Et quod Satyricus Poëta de Traiano

Juuenalis.

Et spes, & ratio studiorum in Cæsare tantum, de te veriùs dici potest. Cui enim unquam veterum Principum tanta fuit curæ, ut doctrinæ, atque eloquentiæ studia florent?

Eumenius pro Scho. Angustod.

Ille eruditissimos, quamuis ipse parca esset scientiæ, moderateq; eloquens, diligebat. Tu vero oratione, & versu promptissimus, & in omnibus artibus peritissimus, professores omnium artium & si melius quam Hadrianus Imp. ut doctior ridere, contemnere, obtrire poteras — tamen omnes, & honoras, & diuites facis.

Aurel. Victor. in Epit. de Vit. & morib. Imp. cap. 13. transcripsit Paul. Diac. 19. Hist. Miscell. c. 4. Spartian. Hadrian. c. 15.

Ibid. c. 16.

Quamobrem inter omnia, quæ virtute Principum, ac felicitate recreantur, sint licet fortasse alia magnitudine, atque utilitate potiora, nihil est tamen admirabilius hac liberalitate, quam fouendis, honorandisq; litterarum studiis impartiunt. ergo

Eumenius pro Scho. Angustod.

*Crescite virtutes, facundaq; floreat ætas.
Ingenijs patuit campus, certusq; merenti
Stat fauor.*

Claud. de Maas. Theod. Cæsula.

DEINDE propriam sedem liberalium litterarum erigendam, atque animadam, & locum exercitijs earum dicandum, atque exornandum curasti. cum omnes omnium rerum sectatores, atque fautores parum se satisfacere voto, & conscientia sue credunt, si non ipsarum quas appetunt gloriarum, tēpla constituent.

Eumenius pro Scho. Angustod.

Inde

Ibid.

Indè est, quod Atheniensis humanitas aram MISERICORDIÆ instituit: quòd Romani ducis animi magnitudo templum VIRTUTIS, ET HONORIS. Quarum enim artium, suè animi affectionum magnis hominibus ingeneratus ardor fucrit, earum etiam consecrata existere ad posteros monumenta voluerunt.

Sic eloquentia, ac sapientia tua, & literarum ingenitus Amor, ÆDEM DOCTRINÆ pulchro, & magnifico opere dicarunt.

Plin. 10. ep. 73.

ÆDIFICIVM vetus erat, nec huic vsui, sed stabulo Regio primùm instructum, imperfectum tamen, quia magno, & sumptuoso opere inchoatum, vtilius visum fuit relinquere, quàm consummare, *ne dùm seruare volumus, quod impensum est, malè impendamus, quod addendum est.*

Ibid. ep. 73.

Hoc sanè ædificium sua imperfectione deforme, & ob grauitatem sumptuum derelictum, in hunc meliorem, ac salutarem vsum transferre, *non minus eternitate tua, quàm gloria dignum fuit, simulque fortune tue, & animi magnitudini conuenientissimum, quantumq; pulchritudinis, tantum utilitatis habiturum.*

Ibid. ep. 73.

L. Lips. Louani. lib. 3. c. 10.

Per hoc enim consequemur vtrumque. Primum, vt studia velut larem, ac domicilium accipiant, & parentes, qui liberos suos magno impendio ad longinqua loca mittebant, promptò, sub manu, & oculis eos habeant.

Hume. pro Scho. Augustod.

Merentur enim Neapolitani, vt eorum liberis, quorum vita in hac fidelissima Ciuitate ingenuis artibus eruditur, & ipsi adolescentes, vt eorum indoli consulere cupias.

Plin. 10. ep. 73. Cassiod. lib. 7. Var. for. 44. Hoc enim ita fieri deest, si res squalida in meliorem loci faciem transferatur, & renouetur ad ornatum, quod pridem videbatur iacere incultum.


Hume. pro Scho. Augustod.

Secundum vt sædissima facies Ciuitatis ornetur, atque etiam vt ipsa ciuitas amplietur: & quæ sunt vetustate sublapsa, aut neglecta, & omissa reparentur in melius.

Quid autem magis in facie, vultuq; istius Ciuitatis situm est, quàm hæc eadem Meniana, in ipso transitu aduenientium constituta?

Igitur Academiam Parisiensi, aut Salmaticensi, operis
magni-

magnificentia maiorem, ac splendidiorem perfecisti, *ut*
ingenia quæ canendis tuis virtutibus excoluntur, non intrâ priua- ^{Ibid.}
tos parietes, sed in publica ostentatione, & in ipso Urbis istius ore
vegetentur,



C
m-
b. 2.
of-
nd.

Est.
16.
bēt.
n ad
Lip.
Ca-

Ibid.

Indè est, quod Atheniensis humanitas aram MISERICORDIÆ instituit: quòd Romani ducis animi magnitudo templum VIRTUTIS, ET HONORIS. Quarum enim artium, siue animi affectionum magnis hominibus ingeneratus ardor fuerit, earum etiam consecrata existere ad posteros monumenta voluerunt.

Pia.

Ibid.

Ibid.

Ibid.

Pia
V. V.
fieri
in m
viam
ad o
vide
Buxton

magnificentia maiorem, ac splendidiorē perfecisti, *ut*
ingenia quæ canendis tuis virtutibus excoluntur, non intrâ priva- Ibid.
tos parietes, sed in publica ostentatione, & in ipso Urbis istius ore
vegetentur,

C
am-
p. 2.
col-
nd.

Cæc.
16.

bēt.
n ad
Lip.
Ca-

Ibid.

Indè est, quod Atheniensis humanitas aram MISERICORDIÆ instituit: quòd Romani ducis animi magnitudo templum VIRTUTIS, ET HONORIS. Quarum enim artium, siue animi affectionum magnis hominibus ingeneratus ardor fucrit, earum etiam consecrata existere ad posteros monumenta voluerunt.

K

Pia

Ibid

Ibid

L.Li

Bor

Pli

7.V

for

in

tra

ad

vid

Bun

magnificentia maiorem, ac splendidiorē perfecisti, *ut ingenia quæ canendis tuis virtutibus excoluntur, non intrâ priuatos parietes, sed in publica ostentatione, & in ipso Urbis istius ore vegetentur,*

Ibid.

(Nàm certè temporibus tuis dicendis, non defuere decora ingenia.) Tacit. 1. Annal.

Hanc *Federicus II. Imp. Augustus instituit, & ut florentissimam redderet, decreuisse legitur, non solum ne quis extrâ Regnum hoc studiorū caussa proficisceretur, sed etiam ne in triuialibus Regni scholis maiores disciplina traderentur.*

Paris de Put. in Tract. de Syndic. in princ. Ant. Summote 2. p. Hist. Neap. lib. 2. c. 8. Paul. Merula 2. p. Comog. lib. 4. c. 29. Compend. Hist. Neap. 1. p. lib. 4.

Restaurauit Robertus Rex sapientissimus, & centum post annis nonnihil per bella collapsam Alphonsus Aragonum Rex. Merula d. c. 35.

Tu verò omnes illos, & magnitudine ista operis, & præclaris Academiæ institutis feliciter superasti.

Hic inferendus Nouæ Academiæ Neapolitanæ typus.

Vbi Theatrum etiam litterarium, idest *auditorium*, & *visorium fabrica clarum, actione laudabilius, quàm antiquū illud Neapolitanum ab omnibus celebratum extruxisti.*

Dio Chrysost. Orat. 32.

Cassiod. 5. Var. ep. 42.


* Quos doctè cõgerit I. Caf. Capa. 1. Hist. Neap. c. 16.

Vt bonis hisce temporibus ingeniorum certamina tantum spectarentur, non autem corporum.

Vide I. Caf. Scalig. 1. Poët. c. 21. Theod. Marcilium ad Mart. Amphit. in prin. Lip. lib. sing. de Amphit. & Capa. d. c. 16. & 18.

Oo

ALIVD



1. ANABATHRA ad latera, qua adsurgunt gradatim et per scalas, theatriali more.

2. CUNEI siue scalae in eius formam constructae, ut in imo diffusae magis restringerentur in altum.

3. Minuti gradus scalares secantes ANABATHRA, ut pereos quisque ad destinata subsellia sua eat.

interior Theatri gradus, quem PODIVM non inepte appellamus, ubi

ut in primae parte honestiores sedent, veluti Doctores et Magistrat.

4. SUGGESTVS docentis aut recitantis, testis et ad modici subiculi formam factus, cui proprium etiam suum PODIVM.

5. CATHEDRA Iudicis studentium, vel cum publice disputatur, eius, qui propositas conclusiones defendit ac tueritur, ad omnium argu-
menta respondens.

6. MENIANA ad circumundum, intritendum, spectandum, audiendum.

8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. Aditus siue portula quadratae, quas in Mariana ingreditur.

ALIVD ex alio mihi occurrit, cum magnificentiam tuam in publicum intueor. *quàm speciosum est enim, quod Palatium nec pro dignitate, ac maiestate tantæ Præfecturæ ædificatum, tam magnificè excoluisti, ornastique, ut iure gloriari possis, marmoreum relinquere, quod ligneum, & latericium accepisses?*

Plin. Paneg.

Suet. Aug. c. 39.

Hæc tua sunt oblectamenta, potentia imperij decora facies, testimonium præconiale regnorum: hæc legatis sub administratione mostrantur, & prima fronte talis dominus esse creditur, quale eius habitaculum comprobatur.

Caliod. 7. Var. form. 3.

Et ideo magna voluptas est prudentissimæ mentis, pulcherrima iugiter habitatione gaudere, & inter publicas curas animum fessum reficere dulcedine fabricarum.

Ibid.

Ac in remissionibus animi delectamenta pacis adhibere celeberrima, quæ Urbis novis operibus enitescunt.

Nazar. Paneg. Constans.

Hoc igitur palatium ab optimo Patre tuo mirabili inceptum ornatu perfecisti. licet dicere, diuino te munere datū, ad quicquid rude expoliendum; ad quicquid infectum faciendum; & loca, hominesque, elegantia, aut artibus, passim exornandos. Vetus enim fortè inopinato incendio vexatum, informiusque redditum, & infirmius, occasionem tibi dedit, & cupiditatem, finiendi noui, & in melius excitandi.

Sapè maiori fortuna locum fecit iniuriæ: multa ceciderunt, ut aliùs surgerent, & in maius. Timagenes felicitati Urbis inimicus aiebat, Romæ sibi incendia ob hoc unum dolori esse: quod sciret meliora resurrectione, quàm arsisse.

Seneca ep. 91.

* & Augusti. in quem, & in in uxorem, & in totam domum multa temeraria urbanitate dixit Sene. lib. 3. de Ira. c. 23.

Et sanè ita fuit, nam opus hoc splendidum ab ingenio simul & pretio commendandum, rediuvio cultu insignitur, ut vetus quod antehac magnificentissimum putabatur, nunc auri luce fulgens, in decoram maiorum parsimoniam prodidit.

Nazar. Paneg. Constans.

Sit utinam diuturnum, & melioribus auspicijs in ævum longius conditum!

Sene. d. ep. 92.

Fe-

Caſſiod. 7. Var. form. 15. plura de his miraculis Theodorus Marcellus ad Mart. Amph. epig. 1.

Idem d. form. 15.

Ferunt priſci ſeculi narratores, fabricarum ſeptem tantum terris attributa miracula.

Sed hæc habuerunt honorem, quia præceſſerunt tempore: & in rudi ſeculo quicquid emerſiſſet nouum, per ora hominum iure ferebatur eximium.

Sic latine Vitruv. in proem. lib. 7.

Vndè dubitandum non eſt, omnia illa priſcorum ingeniola ſpectacula tuis operibus ceſſura, quando in politiori æuo, in quo elegantia, & fabricandi peritia ſplendet, poſſunt eſſe miracula.

Caſſiod. 1. ep. 6.

Absit enim, ut ornatui cedamus Veterum, qui impares non ſumus beatitudine ſeculorum.

Idem 7. form. 15.

Imò facta eorum excluſis defectibus innouamus, & noua vetuſtatis gloria veſtimus.

Plin. Paneg.

Magnum hoc tuum non erga homines modò, ſed erga teſta ipſa meritum, ſiſtere ruinas, ſolitudinem pellere, ingentia opera, eodem quo extructa ſunt animo, ab interitu vindicare.

Ibid.

Muta quidem illa, & anima carentia: ſentire tamen, & letari videntur, quòd niteant, quòd frequententur, quòd aliquando ceperunt eſſe domini fruētis.

*Ita emendat Lipſ. in comment. ibi num. 512. licet in vulg. ſit, domum ſcruans.

IDEM tam magnificus in ædificando, quàm diligens in tuendo. nam in ipſa ædificiorum inſtaurationis laudabili cura tantum elucet ſumma induſtria tua, quantum modetiæ fama. Siquidem opera cuiuſq; vitio temporum labefacta, reſtituiſ, aut in meliorem vſum vindicas, cõditorum titulos ubique ſeruans.

Suet. de Aug. c. 21. de Tiber. Dio. lib. 57. de Hadria. Spar. c. 19. & de Seue. c. 23.

Iuſtinian. in Inſtit. et. quib. nõ eſt permiſſ. face. teſtam. in princ. Ammian. lib. 27. c. 5. Aurel. Viſt. in Epir. de Cæſ. c. 41.

Non ſic Traianus, & ſi proprio elogio OPTIMVS, & MAXIMVS, qui hoc vitio laborauit, ut titulos multos adibus inſcriberet & operibus, quæ tantum refecerat.

Ibid. Ammian. ubi proximè Paul. Diacon. lib. 11. Hiſt. Miſcel. c. 13.

Ob id Conſtantine cum diſterio carpiſſet, & HERBAM PARIETARIAM iocando cognominauit.

Si enim Traianus in hanc ambitionem, & vanitatem incidit, ut

Nullius

— *Præter laudem nullius avari;*

quid mirum si Domicianus malus, ac sæuus plurima, &
amplissima opera incendio absumpta restituens, omnia sub titulo

Horat. de Arte poet. & c.
epist. 1. Symmach. 1. epist.
72. Ennod. lib. pro Synodia.
Sueton. c. 5.

int. Guiljel.
de. ibi.

m. in Com-
Neapol. c.
A. Chokier.
Politicoz.
imp. 8.

agnosci, & prudentis ingenium, & largitatis † affectus

† all. effectus.

Huc pertinet Figura Palatij Neapolitani.

Pp

IAM

Cassiod. 7. Var. form. 15. plu-
ra de his miraculis Theo-
dorus Marcellius ad Mart.
Amph. epig. 1.

Idem d. form. 15.

*Ferunt prisca seculi narratores, fabricarum septem tantum ter-
ris attributa miracula.*

*Sed hæc habuerunt honorem, quia præcesserunt tempore: & in
rudi seculo quicquid emerisset nouum, per ora hominum iura f-*

Sic latine Vitruv.
lib. 7.

Cassiod. 1. ep. 6.

Idem 7. form. 15.

Plin. Paneg.

Ibid.

*Ita emendat Li-
ment. ibi num. 51:
vulg. sit, donum /

Suet. de Aug. c. 31.
Dio. lib. 57. de Hac
c. 19. & de Seuc. c.

Iustinian. in Instit.
nō est permiss. fac
in princ.
Ammian. lib. 27. c.
Aurel. Vi&. in Epir
c. 41.

Ibid. Ammian. vbi
Paul. Diac. lib. 11.
scel. c. 13.

incidit, ut

Nullius

— *Præter laudem nullius avari;*

quid mirum si Domicianus malus, ac sæuus plurima, & amplissima opera incendio absumpta restituens, omnia sub titulo tantum suo, ac sine ulla pristini auctoris memoria reficeret?

Horat. de Arte poet. & a.
epist. 1. Symmach. 1. epist.
72. Ennod. lib. pro Synodis.
Sueton. c. 5.

Et Lampadius Præfectus Urbis sub Valentiniano, homo indignanter admodum sustinens, si etiam cum spueret non laudaretur, ut id quoque prudenter præter alios faciens.

Ammian. lib. 27. c. 9.

Per omnia enim Ciuitatis membra, quæ diuersorum Principum exornarunt impense, nomen proprium inscribebat; non ut veterum instaurator, sed conditor.

Ibid.

Quid dignum tua modestia, & singulari moderatione excogitari, ac dici potest, in cuius laudibus id maximum non est, quod Traianum vicisti?

Cuncta ergo veterum monumeta, & patrium decus ornatum ad Urbis, & posterum gloriam conferens, nullo violato auctoris titulo, & publica munificentia in more reuocata, firmas, ornaſque.

Tacit. 3. Annal.

Quis enim dubitet, fabricarum miracula, hac prouisione seruata? & pendentis saxo formatas cameras tegularum tegmine custoditas? ut antiqui Principes tibi merito debeant suas laudes, quorum fabricis dedisti longissimam iuuentutem: ut pristina nouitate reluceant, quæ iam fuerant & vetustosa senectute fuscata.

Calliod. 1. Var. ep. 39.

† & eterna legunt Guiljel.
Forne. & Pe. Broſe. ibi.

Quapropter celeberrimis operibus lætus frui, & ut alter ALPHONSVS Aragonum laudatissimus Princeps, & in hoc ædificandi studio maximè prædicandus, qui in Neapolitana hac Vrbe Regiam (cui Nouo Castro fuit nomen) à fundamentis euerſam, munitiorem longè, ac splendidiorem quàm antea, erexit:

Aeneas Piccolom. in Com-
ment. de Regno Neapol. c.
60. & ex eo Ioan. Chokier.
lib. 9. Thesaur. Politicor.
Aphor. c. 16. examp. 8.

Palatium hoc, dignam tanta Præfectura sedem, & dignum tua magnitudine opus, in Ciuitatis nitorem, & successorum splendidam, ac commodissimam habitationem perfecisti. Nulla enim res est, per quam melius possit agnosci, & prudentis ingenium, & largitatis & affectus

Calliod. 4. ep. 36.

† all. effectus.

Huc pertinet Figura Palatii Neapolitani.

Pp

IAM

Cæc. Ner. 69.

IAM te OPTIMÆ MATRIS desideria reuocabant, quæ te
vt piissimum, ac obsequētissimum filium amat, vt lumen
suum suscipit, vt delicias suas amplectitur; nihil magis in
votis habens, quàm vt te præsentē perpetuo liceat frui.

Tact. 1. Annal.

Iàm Excell.^{mi} Lermenſium Ducis amor inuitabat, qui
per tot *vincula caritatis*, patruus, ſocer, amicus, tibi vnice
adſtrictus, & effuſiſſimè diligens, te reducem optabat.

Caſſiod. in Praefat. ad lib. 1.
Variar.

Regis quinetiam GLORIOSA COLLOQVIA te magnopere
ſollicitabant, quibus *pro magna dierum parte in bonum publi-*
cum frui poteras.

Marſial. 5. epig. item 5.

*Nam tibi naſcentes domini cognoſcere curas,
Et ſecreta ducis pectora noſſe licet.*

At deſideria, amorem, colloquia deſpexiſti, & vera Hi-
ſpanicæ gaudia vitæ, vt huic Regno benè conſuleres, quod
tibi omnibus tuis charius eſt. Recuſabas enim reducere,
recuſabas quòd bene erat nobis, vt vtiliſſima hæc tua ad-
miniſtratarum rerum compages te præſente coaleret: quæ
conuelli, aut negligi ſine graui ſubditorum omnium dā-
no, non poteſt. Obſtinatum tibi non relinquere Regnum
niſi ſeruarum, nec tuas curas, tuosque labores, tua egregia
inſtituta, niſi radicata deferere. Nam hac maximè ex cau-
ſa Præfecturam iſtam concupiuiſti, vt Regnum cùm or-
natum, tùm ab omnibus iniurijs tutum, deſenſumque,
tàm grandi beneficio, tàm ſalubri ingenio, tàm perpetua
vtilitate, ſeruares, & augeres.

Caſſiod. 1. Var. ep. 43.

*Igitur genitalis ſoli relicta dulcedine, nobis per hunc annum
maluiſti inherere.*

Ibid.

Ouid. 1. de Pont.

Et licet eſſes clarus in patria (cuius
----- *Natale ſolum dulcedine cunctos
Ducit, & immemores non ſinit eſſe ſui.*

Homer. in 1. Odyſſ.

*Sanè nihil dulcius ſua patria, neque parentibus
Eſt, quamuis quis procul diuitem domum
Terra in aliena habitet procul à parentibus.)*

Cauſa-

Causaque profectionis esset magnopere pia, nempe ut amantissimis parentibus, desiderium sui copia expleret; Tibi vero etiam gratissima, nimirum ut opulentissima, florentissimaq; Italiae habenae, quas iam tibi destinatas apparet, maturè tuis manibus admouerentur, atque assuescerent:

Auſt. Paneg. Philip.

Nostram tamen elegisti subire fortunam, superans gratiae magnitudine vim Naturae, qui Rege tam beneuolo, Charissima, ac rarissima Matre, incomparabili Patruo simul gauderes.

Cassiod. 1. Var. ep. 43.

(De cuius heroicis virtutibus quid ultra est dicendum, cum ad perfectam probationem sufficiat, quod amorem Catholici Regis Philippi III. iugiter habere promeruit? NON EST MAIUS MERITUM, QUAM GRATIAM INVENISSE REGNANTIVM. Nam quibus fas est, de cunctis optimos querere, videntur semper meritos elegisse.)

Ibid. & ep. 12. *Pompa meritorum regale iudicium: quia nescimus ista, nisi dignis impendere.* Horat. 1. ep. 17. *Principibus placuisse viris, non ultimà laus est.* idem Symmach. lib. 1. ep. 8. *Ita me Dñ Dominis probabilem praestent.* & 2. ep. 30. *Bonum de me iudicium parentis publici, conseruatoris mei cuius antepono patrimonio.* & 10. epist. 25. *Illustrior enim laus est de celesti praefata iudicio.* Cassiod. 1. ep. 43.

Sed haec omnia nimius despexit affectus. Ut nos ipsi, pro quibus hac fecisse cognoscitur, meritò stupere videamur, in quorum gratiam TOT DESIDERABILIA FVISSE CONTEMPTA.

Recusasset alius successorem habere, & vltro prorogari imperium magno ambitu concupisceret: si ad proprios lares ex hac Praefectura sollicitudinum omnium nobilissimo pondere esset reuersurus, praecipue si in secessu rustico, aut municipali priuatam vitam acturus. At tu, qui honorum numerositate praecingeris, cum in ore omnium, in Comitatu Magni Regis aulica dignitate decoratus, in tam splendida dignitate, vbi non tantum Neapolitano Regno, sed toti Italiae (cui hodie tres nobiles, amplaq; tradita sunt Diaceses. Neapolis, Sicilia, Gallia Cisalpina) praesideas, in nostram utilitatem annum moratus est, quem & si alios plures velis, vltro obtulit Regalis Maiestas.

Idem 2. ep. 15.

Appia. 1. Ciuil. vbi de Syll.

Cassiod. 6. form. 7.

Olim sub Praefecto Praetorio Italiae, erant Italia, Illiricū, & Africa Guid. Pancir. ad Not. Occiden. c. 2.

Auxerat tamen & sollicitudinem, & desiderium tuorum, haec mora opinione diuturnior. Nam ut Zelotypus amor semper peiora veretur, ita votis impatientibus nulla non lenta festinatio. Papae quàm longus iste annus, quàm tardi menses videbantur illis, quos sine te agunt! sicut nobis breues. Cui non illorum

Auſt. Paneg. Philip.

annus

annus iste, nec ille quidem exactus, lustro visus est prolixus?

Idem.

Haud aliter cupido sponso tarda, ingrataq, fluunt tempora:

Sic piger annus pupillis

Quos dira premit custodia matrum.

sic hora numerantur anxie tue Parenti, ad diem promissum expectanti desideratissimum, & benemerentem filium.

Cic. 1. ad Q. Frat. ep. 1.

Mihi tamen crede Excell.^{mc} Princeps, unus annus additus labori tuo, multorum annorum letitiam nobis, gloriam etiam posteris tuis afferet.

Plato, & Arist. Rhet. ad Alex.

Olim enim instanter accersitus ab externa Præfectura ad consilium Catholici Regis (munus profectò sacrum, & eorum, quæ inter homines, diuinissimum) & ad Rempub. in conspectu eius gerendam, reuocari merebare: sed nescissemus, quantum tibi deberet Regnum, si antè vocatus esses.

Caesod. 4. Brm. 3. de aspectibus

*Et si tantum clara sunt dignitates, quantum Regis * affatibus perfruuntur: si presentia prodit dominantis affectum: nullus ita Magistratuum potest esse gloriosus, quàm ille, qui est cogitationum Regiarum participatione susceptus.*

Tacit. 1. Annal. ad 8.

Quid tua intererat prorogari provinciam, & continuare imperium.

Cic. 3. de Leg. super illa Domum cū laude redeūto.

Martial. 10. epig. 78.

Qui nihil præter laudem ex ea reportabis?

Semper pauperior redit potestas:

Nunquam enim Neapolis magis

Ibid.

Rectorem vacuo sinu remittes.

Senec. Consol. ad Poly. c. 35.

Caesod. 4. Var. form. 12.

*Alij assidua laboriosi officij statione fatigati ab instantibus negotijs, ab immensa rerum omnium cura, continuaque vigilantia se vindicare voluissent: si hunc honorem, quem tibi respicis ociosa remuneratione præstitum, nanciscerentur. qui nimum laborantibus antiqua noscitur prouisione collatus, ut Proreges trienni actione laudatos, vix ad tale culmen * adducerent, quibus confitebantur plurima se debere.*

** all. perducere.*

Ma-

Magnum quidem multis, & inter vices videtur esse genitum, publicæ utilitati probis † actionibus occupari.

Ibid.

† all. actibus.

Sed quantò felicius honorem splendidum sumere, & cogitationum molestias non habere?

Ibid.

Interdum enim assidui labores etiam ipsas ingratas faciunt dignitates: dum imbecillitas humana citò solet sustinere fastidia, & quod prius ambisse creditur, postea vitare velle sentitur.

Ibid.

Quippè iustus principatus laboribus, curis, vigilijs inquietus est. cuius illi faciem amœnam, & amabilem contemplantur, laborum aspera non videbant.

Mamert. Paneg. Iul. 1.

Sed tu Excell.^{me} Princeps, qui poteras adesse conspectibus Regijs, & abesse molestijs, gratiam habere loci, & vitare contumelias actionis.

Cassiod. 6. form. 12.

Nam dulce est, aliquid sic mereri, ut nulla possit anxietate turbari: dum multò gratius redditur, ubi prosperitatis sola gaudia sentiuntur, omnia hæc insuper habes.

Ibid.

Nihilq̃ intermissa rerum cura, negotia pro solatijs accipiens ius ciuium, preces omnium tractas.

Tacit. 2. Annal.

Laborum asperissima tibi sumens, ut nos quietis rebus agitemus.

Mamert. Paneg. Iul. 1.

Vt potè CVRARVM AVARVS, laboriosissima negotiorum praoptans ipse agere, quàm alijs imperare.

Ibid.

Nec vis principatu magis excellere, quàm labore.

Nazar. Paneg. Constant.

Plin. 4. ep. 23. Sapiencia sua dignum est, disponere otij, & ferre, habitare amensissimè, & nunc ierta, nunc mare corpus agitare.

Non enim te amœna Pausilypi litora, nec dispositi ad temporum vices habuere secessus, ut illic non tantum, non solutum, sed nec remissum aliquando animum haberes:

Pacat. Paneg. Theod.

Seneca.

Sed ut in alto isto, pinguiq̃ secessu, & si feriato tempore, liberiùs publicis utilitatibus inuigilares.

Plin. 1. ep. 9.

Idem Paneg.

Hoc est negotium tuum, hoc otium, hic labor, hæc quies: in his vigilia, in his etiam somnus reponitur.

Idem 1. ep. 3.

————— Quis cernere curis

Qq

Te

Claud. de Laud. Stilich. Paneg. 2.

*Te vacuum potuit; quis tota mente remissum
Aut indulgentem dapibus? nisi causa iuberet
Letitia.*-----

Suet. Tib. c. 31.

Quamobrem melius, ac verius quam Tiberio suo Augustus, Excell.^{mus} Lermensium Dux tibi scripserit, siue quid incidit, de quo sit cogitandum diligentius, siue quid stomachor valde, medius fidius Petrum à Castro meum desiderio: succurritq̃ versus ille Homericus,

Iliad. 20.

Τέτοιοι' ἐστὶ κομμένοι, καὶ ἐκ πυρὸς αἰθομένοι
Ἀμφω νοσήσαιμεν. ἐπεὶ περιόιδε νοῆσαι.
*Hoc autem Comite, vel ex igne ardenti ambo redibimus,
Propterea quod optimè nouit intelligere.*

Attenuatur te esse continuatione laborum, cum audio, & lego, Deus me perdat, nisi cohorrescit corpus meum: teq̃ rogo, ut parcas tibi: ne si te languere audierimus, & ego, & mater tua exspiremus.

Cic. 1. ad Q. Frat. ep. 1.

Sed hic annus, qui ad laborem tuum accessit, idem ad salutem huius Regni propagatus esse videtur, quoniā in te retinendo fuit Neapolis felicior, quā illi in deducendo: & perfecisti, ut letitia prouinciæ desiderium illorum leniatur.

Ibid.

Et ut poëta boni, & actores industrij solent, sic tu in extrema parte, & conclusionē muneris, ac negotij tui diligentissimus fuisti, ut hic vltimus annus Præfecturæ tuæ, tanquam tertius actus, perfectissimus, atque ornatissimus fuisse videatur.

Plin. Paneg.

QVOD si quando cum influentibus negotijs paria fecisti, instar refectionis existimas mutationem laboris. Quæ enim remissio tibi nisi Politicos illos veteres, inter quos præcipuos Platonem, & Aristotelem consulere? Historiam omnis xui pulcherrimum disciplinæ genus ad veras vitæ rationes cognoscendas, summo studio perlegere? (quæ præter prudentiam, & rerum peritiam

Polyb. 1. Hist.

*Hæc tibi virtutum stimulos, hæc semina laudum
Hæc exempla dabit.)*

om-

*Omniſque exempli documēta in illuſtri poſita monumēto intue-
ri? inde tibi, tuæq; Reip. quod imitere capis, inde ſædum inceptu,
ſædum exitu, quod vitas.*

Liv. in Prefat. ad lib. j. Hiſt.

*Pulchrum eſt enim, ex aliorum erratis in melius inſtituere vi-
tam noſtram: & non quid alij egerint quærere, ſed quid optime
actum ſit, nobis proponere ad imitandum.*

Diod. Sicul. in Proem. Bi-
bliothec.

*Nam in evoluendis utriuſque linguæ auctori-
bus, nihil æquè ſe-
laris, quàm præcepta, & exempla publicè, vel privati-
m ſalubria.*

Suet. Aug. c. 89.

*Quippe adeò felix ingenium, & capax tibi Deus dedit, ut
documenta ſalutaria velut in tranſitu raperes,*

Senec. ep. 95.

*Et utilia ad publicas deliberationes rerum geſtarum exempla
Reip. bono mira prudentiæ dextérité ad uſum haurias.*

Ariſt. 1. Rhet. c. 5.

*Virum enim politicum res geſtas ſcire iuvat, nationum, ciui-
tatum, & eorum, qui populis dominantur.*

Polyb. 9. Hiſt. in prim.

*Nam, qui multarum experimenta rerum varijs cum labori-
bus, periculiſque, procul ipſi ab omni diſcrimine, geſta legimus, nos
admonent maximè, quid conferat ad degendam vitam.*

Diod. Sicul. in Proem. Bi-
bliothec.

*Et cum duæ uniuerſis mortalibus propoſitæ ſint ad proficiendū
rationes: per proprios caſus, aut per alienos: euidentior quidem illa
eſt, quæ per propria ducit infortunia.*

Polyb. 1.

Nam uſus efficaciffimus omnium magiſter,

Plin. lib. 26. Natur. Hiſt.

Imò amplius omnium magiſtrorum præcepta ſuperat.

Cicero. 1. de Orat.

At tutior illa, quæ per aliena, & ſemper nobis cernenda.

Polyb. 1. Hiſt.

Quia ſine ulla noxa id, quod melius eſt, cernere unicuiq; licet,

Ibid.

Aliorumque euentis doceri.

Tacit. 4. Annal.

*Cum nulla ſit mortalibus ad proficiendum via expeditior, re-
rum antè actarum ſcientia.*

Polyb. 1. Hiſt. in prim.]

*Imò & diffuſior, quātò plura exempla rerum cōplectitur diu-
ternitas temporis, quàm hominis ætas.*

Diod. Sicul. in proe. Bibliot.

*Utramque clariffime Princeps habes, nam & à primis
annis*

annis gerendæ Reip. electus, & grauiſſimis, ac ſplendidis dignitatibus præpoſitus,

Maſiliæ. r.

*Per varios uſus artem experientia fecit,
Exemplo moſtrante uiam. ———*

Et aſſiduè legens memoria rerum geſtarum magnam prudentiâ aſſequutus es. Ipſa enim parentes ſuos oſtendit, dum ait,

Afranius in Togata, & ex eo Gellius lib. 12. c. 8. qui ſapientiam hos attribuit, ſed uerius prudentiâ, ut rectè aduertit I. Lipſ. 1. Polit. c. 8. Cice. pro Archia. poëta.

Vſus me genuit, mater peperit memoria.

Quibus Doctrinam adiungo. contendens, cum ad naturâ eximiam, atque illuſtrem, & ad uſum acceſſerit ratio quedam, confirmatioq; doctrine: tum illud neſcio quid PRÆCLARVM, AC SINGVLARE ſolere exiſtere.

I. Lipſ. 1. Exempt. politic. 8.

Tria enim hæc ubi concurrunt, mirum quàm ualida ea mixtio, & uera ex his, firmaq; Prudentia oriatur.

Cice. pro Arch. Poëta.

Horum omnium tu mirabile exemplum præſtitisti, in quo Natura, Vſus, Doctrina vigent. omnino comparandus prudentiſſimo Soloni, Africano diuino homini, C. Lælio, & L. Furio modeſtiſſimis, & continentiffimis; fortiſſimo, atque doctiſſimo M. Catoni ſeni, quos tribus hiſce dotibus mirificè ornatos ad æmulationem lectorum nimia ſui oſtetratrix prodit antiquitas.

Sene. ep. 95.

*repetit in ead. epiſt. osiam ſi reſi faciunt, neſciunt facere ſe reſi.

Ibid.

Quare niſi his generari non poteſt. quamuis enim adiuuante natura, aut uſu, putemus aliquem facere, quod oportet. non faciet aſſiduè, non faciet æqualiter: neſcit enim quare * faciat.

Aliqua caſu, uel exercitatione, exhibunt recta: ſed non erit in manu regula, ad quam exigantur, cui credat recta eſſe quæ fecit.

Ibid.

Non poteſt enim quiſquam niſi ab initio formatus, & tota ratione compoſitus.

Polyb. 1. Hiſt. in prin.

Doctrina illa, quæ ex hiſtoria paratur, veriſſima institutione, ac præparatione ad capeſſendam Rempub. magiſtra unica, eaque præſentiſſima.

Ibid. & plura lib. 12. & Dio-
dor. Sicul. in Proem. Biblio-
thecæ in prin.

(Sola namque hæc in quo ſuis, in omni tempore, ac quocumque rerum

rerum euentu, nullo incommodo dijudicandi id, quod melius est, facultatem largitur.)

Omnes exequi numeros, ut sciat quando oportet, & in quantum, & cum quo, & quemadmodum. Sene. ep. 98.

Vndè omnino tutissimum regimen actionum est scientia, & notitia exemplorum; quæ dat animis certum iudicium:

Isaacus Casaubonus in Epist. Dedic. Hist. Polyb. ad Henricum IV. Franc. Regem.

Etenim, ut aspectus à circumfuso aëre lumen accipit, sic animus ab historiarum, disciplinarumq; liberalium cognitione:

Diog. Laërt. in Arist.

Quæ in manu regulam ponit, ad quam facta sua aliquis exigat; cui credat recta esse quæ fecerit.

Casaubonus in d. Epist.

Idcirco præteritarum rerum seriam cognitionem, non modo honestam; verum etiam necessariam pronunciare equidem non verear.

Polyb. 3. Hist.

Ex quarum ignorantia omnes ferè omnium Impp. clades, calamitatesque prouenisse, si recta iudicij trutina expenderis, inuenies.

Causa autem huius rei est, quòd priorum casus, à quibus in aliquo est offensum, ut in numerato habeamus, & ad manum, operam non ponimus.

Idem 5. Hist.

Cum præsertim facile queamus, honesto fruētes otio, atque oblatione animi, ex historia, & curiosa, diligentiq; rerum antè actarum notitia, hanc nobis peritiam, atque prudentiam parare.

Ibid. Aded ut vel in lectulo iacens quodcumque scire voluerit, vestiget, & priorū scriptorum dicta (quod sine ulla vexatione fieri potest) inter se contendas, & culpas obserues. ut idem scripsit lib. 12.

Idem 9. Hist. in print.

Maximè nostris hisce temporibus: quibus tantum experientia, atque usu omnes artes fecerunt incrementi, ut iam quicumque casus acciderit quadam veluti arte dirigere sua consilia discendi studio si valeant.

Quàm multas nobis imagines, non solum ad intuendum, verum etiam ad imitandum, fortissimorum virorum, expressas, scriptores & Græci, & Latini reliquerunt? quas ipse tibi semper in administranda repub. proponens, animum, & mentem tuam ipsa cogitatione hominum excellentium conformabas.

Cice. pro Arch. poetæ.

Et ut alter Achilles, qui à sapientissimo poetarum induci-

Casaub. in Ep. Dedic. Henri. IV. antè Hist. Polib.

Rr

tur,

tur, per ocium se oblectare meditans

Homer.

Fortia maiorum, praeclaraq, facta canendo.

Salust.in Lugarth.

Vehementissimè animus tuus ad virtutem accensus, memoria illa rerum gestarum, eam flammam egregijs viris in pectore crescere solitam, in generoso tuo excitauit: vt non prius sedaretur, quàm virtus tua eorum famam, atque gloriam adaequaret.

Plin.Paneg.vbi L.Lipf.nor.
943. dubitat an legendum
experimenta.

Olim hac experientia iuuentutis, hac voluptas erat: his artibus futuri duces imbuebantur, melius quàm certando cum fugacibus feris cursu, cum audacibus robore, cum callidis astu.

Cice.4.Academ.Quaest.in princ.

Huius exemplum insigne L. LVCVLLVS est, eoque mirabilius, quòd ab eo laus Imperatoria non admodum expectabatur, qui adolescentiam in forensi opera, quaestura diuturnum tempus, Muræna bellum in Ponto gerente, in Asia pace consumpserat.

Ibid.

Deindè Consulatum nactus, ad Mithridaticum bellum missus à Senatu, non modò opinionem vicit omnium, quæ de virtute eius erat, sed etiam gloriam superiorum.

Ibid.

Siquidem cum totum iter, & navigationem cōsumpsisset, partim in percontando à peritis, partim REBUS GESTIS LEGENDIS: in Asiam factus imperator venit, cum esset Roma profectus rei militaris rudis.

Ibid.

Tantus ergò Imperator in omni genere belli fuit, prælijs, oppugnationibus, naualibus pugnis, totiusq, belli instrumentis, & apparatu, vt ille Rex post Alexandrum maximus hunc à se maiorem ducem cognitum, quàm quemquam eorum, quos legisset, fateretur.

Iustine 6.Histor.

Est, & aliud inter innumera clarum EPAMINONDÆ Thebani, cuius iam litterarum studium, iam philosophiæ doctrina tanta, vt mirabile videretur, undè tam insignis militia sciētia homini inter litteras nato.

Diod.Sicil.15.Biblioth.

Imò non mirum, tanta illum præter omnium expectationem fecisse, per quandam singularem industriam, & virtutem BONARVM LITTERARVM STUDIO quaesitam.

Nihil

Nihil dicam de Alexandro Magno, nihil de alijs ciuitatum Gracie strenuissimis ducibus, quos in rebus gerendis ab omni genere literarum praesidium petiisse, nemo nescit.

Casaub. in Epist. ad Henric. IV. ante Hist. Polyb.

Tacebo Romanos Senatores historiae mirandum in modum deditos, adeò ut eis C. Marius durus Arpinas, & agrestis ingenij homo, & nobilitati maximè infestus, obicerit, quòd postquam Consules facti essent, acta maiorum, & Græcorum militaria praecepta legere cæperint, praeposteri homines.

Salust. in Hist. de Bello Jugurth. in Orat. C. Marij.

Nec mediocre pacis decus habebatur, quod à negotijs ciuilibus supererat studijs impertire. Vsurpabant gloriam istam domi, militiaeque omnes sapientes Principes.

Sed quis illorum, omnium generum exempla prudentiae, & utilium consiliorum te adnotauit felicius? ut spectator, dictu mirabile! in actorem transformatus, statim in opera magno Reip. bono, vertas. Quis omnium, quæ siue Græci, siue Romani praeclare fecerunt historiam accuratius didicit?

Quis tam mirifice lectione librorum delectatus? Quis antiquorum facta contemplatus est acrius? quis ad praesentendum sagacior? quis vigilantior ad videndum? quis ea melius ad vitae officia, muniaque subeunda obseruauit?

Cicero. 4. Academ.

Studium tamen scientiarum acrius ultra quam concessum Principi est, nec hauris. Imò prudentia tua incensum, ac flagrantem animum coërces: retinens, quod est difficillimum EX * SAPIENTIA MODVM.

Tacit. Agric. in princ.

* I. Lips. ibi not. 13. Sapientia modum.

† In eadem sententia Cicero. 2. Rhet. Vbi Philosophus suavis praefectus, ibi felix est Ciuitas. & 2. Tuscul. Nemo Philosophia expertus, idoneus est Regno. Eò respexit Philippus cum Alexandrum filium iussit Aristoteli animum adnoscere, & philosophari, ne inquit, multa talia facias, ob qua ego commissa penitudine moueor. Plutarch. Apophth. Reg. & Imp. Hug. in Didasc. lib. 2. O felicia aequorum tempora! in quibus ipsi Imp. mundum regentes se ipsos philosophia dederunt, ut patris de Alexandro Macedone, de Iulio Caesare, de Ptolomaeo Rege.

Dicebat olim — ille Princeps ingenij, & doctrinae Plato, tunc fore beatas res hominum, quando vel Philosophi t essent regnaturi, vel Reges Philosophiae studijs vacaturi.

Cicero. 1. ad Q. Frat. ep. 1. Polyb. lib. 12. Hist. ad fin. Ca. ptol. in M. Ant. Philos. c. 27.

Ego quoque dixerim, bene tunc Reip. fore consultum, quando viri politici, qui res regunt, historias legere serio, non quasi aliud agentes, instituerint; & persuasi rem uniuersam eam esse è maxime sibi necessarijs, ac pulcherrimis, ita se illi studio applicuerint, ut per omnem vitam illud non ponant.

Polyb. lib. 12. Hist.

Quia

Cice. 2. de Oratore.

Quia historia testis temporum, lux veritatis, vita memoria,
magistra vitæ, nuncia vetustatis,

Diod. Sicul. in Proc. Biblioth.

Totius Philosophiæ parens est, moresque nostros effingit ad
virtutem.

Cice. 1. ad Q. Frat. ep. 1.

Hanc coniunctionem videlicet potestatis, ac sapientiæ, saluti
censuit Plato ciuitatibus esse posse: quod nunc quidem profecto isti
provincia contigit, ut is in ea summam potestatem haberet, cui in
doctrina, cui in virtute, atque humanitate percipienda, plurimum
à pueritia studij fuisset, & temporis.

Idem in Orat. pro Archia
poeta.

Quare quis tandem mihi iure succenseat, aut Principem re-
prehendat, quin potius effusissimè laudet, si quantum ceteris
ad suas res obeundas, quantum ad festos dies ludorum celebrandos,
quantum ad alias voluptates, & ad ipsam requiem animi, &
corporis conceditur temporis: quantum alij tribuunt intempestiuis
conuiujs: quantum denique aleæ, quantum pile: tantum sibi ip-
semet ad hæc studia recolenda sumpserit,

Plin. 5. ep. 3.

Et omnia innoxia remissionis genera breuiter amplectatur?

Cice. pro Arch. poeta.

Atque hoc eò illi cõcedendum est magis, quòd ex his studijs, hæc
quoque crescit prudentia,

Ibid.

Et animus à negotiorum fastidio reficitur, & conquiescit.
non enim tantam posset ferre contentionem, tantosque labores,
nisi doctrina relaxetur.

Martial. 9. epig. 12.

NEC tantum Musas colis seueriores,

Cice. 2. ad Atticum ep. 5.

Sed cum omnibus Musis rationem habes

Sene. Consol. Polyb. c. 27.

Ita ut animum primum illis exerceas, deinde hilarioribus, ac
solutioribus temperes.

Plin. 8. ep. 22.

Nàm ut in vita, sic in studijs pulcherrimum, & humanissi-
mum existimo, seueritatem, comitatemque miscere, ne illa in tri-
stitiam, hæc in petulantiam procedat. Qua ratione ductus grauiora
opera -- carmine remittis,

Idem 7. ep. 9.

Quod

sed ne literarum quidem ullam facimus, nisi forensem: quis reprehendes nostrum otium: qui in eo non modo nosmetipsos hebetiores
& languere volumus, sed etiam, ut plurimis profimus, existimus? Gloriam verò non modò non minui, sed etiam augeri arbitra-
mur eorum, quorum ad populare, illustreque laudes hæc etiam minus notas, minusque pernigatas adiungimus.

Enimlibet enim Regni glo-
ria creuit in immensum,
quando artium liberalium
studia in ipso floruerunt. Vt
Horia enim militia, & glo-
ria, & Philosophia simul ero-
nerant. Et merito, quia phi-
losophia vera docet iustitiam,
& rectè regnare.

Hac tamen propositio in-
diger approbationis. Non
enim perspicua est, neque
conillas inter omnes, prop-
terea quòd multi nihil pro-
desse philosophiã, plerique
etiam obesse arbitrantur.

Cice. 1. de inuent. quorum
in numero Acrippina, quæ
Neronè à philosophia auer-
sit: monens imperatorem cõ-
trariam esse. Suet. c. 52. &
Auidius Cassius, Mar. An-
tonius inquit philosopha-
tur, & quærit de clementia,
& de animis, & de bonis,
& in isto, nec sentis pro Rep.
Vulc. Gallic. c. 14. Sed tota
hac de re vide graue Cice.
sententiam, lib. 4. Acad. quæ
eò hic, & si prolixa inserui,
quia materię de qua in tex-
tu, optimè conuenit.

Ac verè interdam, ne
salium personarum, cùm
amplificare velim, minus
etiam gloriam. Sunt enim
multi, qui omnino Græcos
non ament literas; plures,
qui philosophiam: reliqui,
qui etiam si hæc nō impro-
bi, tamen eam veram dis-
putationem principibus ci-
uitatis nō ita decoram pu-
tent. Ego autem, cùm Græ-
cas literas M. Catonem in
senectute didicisse acceperim,
P. autem Africanum, his-
toria loquantur, in lega-
tione illa nebili, quàm an-
tè celsuram Chri. Panatium
quoniam omnino comitem fuis-
se: nec literarum Græcarum,
nec philosophiã iam ullum
austorem reuocare. Relat,
ut his responderem, qui ser-
monibus eiusmodi nolins
personas tam graues illigari.
Quasi verò clarorum viro-
rum, aut tacitos congressus
esse oporteat, aut ludicras
sermones, aut rerum collo-
quia leniorum. Etenim si
quodam in libro verè est à
nobis philosophia laudata,
profecto eius tractatio opti-
mo, atque amplissimo quoque
dignissima est: nec quidquid
aliud videndum est nobis,
quod populus Rom. hoc in
grada collocauit, nisi ne
quid priuatis studijs de-
opera publica detrahamus.
Quod si cùm fungere ma-
nere debeamus, non modo
opem nostram nunquam
à populari cultu remouemus.

Quod aptè quantaslibet occupationes, curasque distinguit. Ibid.

*Ut enim terra varijs, mutatisq; seminibus, ita ingenia nostra
nunc hac, nunc illa meditatione recoluntur.* Ibid.

*Lusus vocantur, sed hi lusus non minorem intredum gloriam,
quàm seria consequuntur.* Idem 7. ep. 9.

Hoc certè mihi concedendū est, non minorem honorem Homero
quàm Demostheni apud posteros: nec angustioribus terminis famā
Euripidis, aut Sophoclis, quàm Lysie, aut Hyperidis includi. plu-
res hodie reperies, qui Ciceronis gloriam, quàm Virgilij detractent.
Nec illius Asinij, aut Messale liber tam illustris est, quàm Me-
dea Ovidij, aut variij Thyestes. Atque adeò

Ut laus est cere, mollis, & edensq; sequatur, Pia. 7. ep. 9.

Si doctos digitos, iussa que, fiat opus

Et nunc informet Martem, castamq; Minervam.

Nunc Venerem effingat, nunc Veneris puerum.

Utque sacri fontes non sola incendia sistunt.

Sæpe etiam flores, vernaq; prata iuvant:

Sic hominum ingenium flecti, ducique per artes

Non rigidus, docta mobilitate decet.

Hinc est, quod te

————— *Dulces ante omnia Musæ*

delectant.

Hanc ego mirabilem doctrinam, raram in tanta fortu-
na, quam continuo studio excolis, silentio inuoluam? in-
geniosa scripta tua, docti, elegantes, ac suaues versus lo-
quuntur, taceam ego, qui licet impar laudatoris officium
assumpsi?

*Atqui sic à summis hominibus, eruditissimisq; accepimus, ceterarū
rerum studia, & doctrina, & præceptis, & arte constare: POË-
TAM natura ipsa valere, & mentis viribus excitari, & quasi
diuino quodam spiritu afflari.* Cice. pro Archia poëta. &
repetit. 1. Tulcul. quat.

*Quare suo iure Ennius SANCTOS appellat poëtas; quòd quasi
Sf Dei* Idem pro Arch. poëta.

Virgil. 2. Georg. & ex eo
Tacit. siue Quintil. in dia-
log. de Orator. Me verò del
cet, ut Virg. ait, Musa, reme-
tum à sollicitudinibus, &
curis, & necessitate quoti-
die aliquid contra animū
faciendi, in illa sacra, il-
losque fontes forant.

Dei aliquo dono, atque munere commendati nobis esse videantur.

Idem 1. de Oratore in prin.

Hinc verè mihi hoc videor esse dicturus, ex omnibus his, qui in harum artium studijs liberalissimis sint, doctrinisq; versati, minimam copiam poëtarum egregiorum extitisse: atque in hoc ipso numero perrarò exoritur aliquis excellens, si diligenter, & ex nostrorum, & ex Græcorum copia comparare voles.

Plin. j. ep. 13. eleganter Horat. 1. Satyr. 4. in fi.

Magnum prouentum poëtarum nostra hæc ætas tulit. sed nullus ferè qui hoc nomen mereatur.

Petron. Arbitr in Satyr.

Multos carmen decipit.

Cice. 5. Tuscul. quest.

In hoc enim genere nescio quo pacto magis, quàm in alijs, suum cuiq; pulchrum est: nam

Horat. 1. Scrm. Satyr. 10.

————— Si quis pedibus quid claudere senis,

Petron. Satyr.

Sensumq; teneriore verborum ambitu intexuit,

Horat. d. Satyr. 10.

Hoc tantùm contentus —————

Petron. Satyr.

Putat se continuò in Heliconem venisse.

Horat. 1. Satyr.

————— Neque enim concludere versum
Dixeris esse satis: neque, si quis scribat, uti nos
Sermoni propiora, putes hunc esse poëtam.
Ingenium cui sit, cui mens diuinior, atque os
Magna sonaturum: des nominis huius honorem.

Vell. Patere. lib. j. Hist. c. 5.

Solum clarissimum Comitæ nostri illuxit ingenium SINE
EXEMPLO MAXIMUM: qui magnitudine operum, & fulgore car-
minum solus appellari Poëta meruit.

Cice. pro Arch. poët. Per-
sius in Præfat. Ovi. 3. Amor.
ele. 8. Hora. 3. od. 1. Martil.
7. epig. 62. Val. Flac. j. Argo.
Cice. pro Arch. poët.

Sanctum hoc nomen, ac sacrum, & in maxima veneratio-
ne semper habitum. adeò ut illud nulla umquam barbaries
violauerit:

Tacit. siue Quint. in Dial.
de Orator. j.

Nec ullis, aut gloria maior, aut augustior honor.

Ibid.

*Sic legit Muretus, & Aci-
dalus: alij commoda, aut
commodata, vel compa.

Hæc inquam poësis eloquentiæ primordia, hæc penetralia:
hæc primum habitus, cultuq; * commendata mortalibus, illa casta,
& nullis contacta vitij pectora influxit. sic oracula loquebantur.

Strab. lib. 1. Geograph.

Hanc antiqui dixerunt primam quandam esse philosophiam,
vite

vita à prima etate formatricem, quæ morum, affectuum, actionumq; rationes nos voluptate comitante doceat.

Quin etiam Stoici SOLVM SAPIENTEM ESSE POËTAM affirmarunt.

Ibid. Stobæus, & I. Lips. Manuduct. ad Stoic. Philo. soph. Dissert. 17.

Primò enim omnium poëticus apparatus in medium prodijt, approbationemq; meruit:

Strab. 1. Geograph.

Quem cum veteres vocabulo CANENDI, pro voce dicendi, appellassent, hoc ipsum testatum faciunt, fontem, & principium orationis artificiosæ, atque rhetoricæ fuisse poëticam.

Ibid.

Deindè posteriores subinde aliquid tale subtrahentes, orationem ad hanc, qua nunc usurpatur formam deduxerunt, VELVTI DE SVBLIMI QVODAM STATV.

Ibid.

Quin & hoc ipsum, quod oratio versu carè: PEDESTRIS vocatur, ostendit orationem à fastigio quodam, & vehiculo, ad humum esse deductam.

Ibid. hinc Horat. 2. Carm. Od. 12. pedestre, hillorias, & 2. ferm. Saty. 6. Musam pedestrem. & de Arte poët. Sermonem. Volamina pedestris, Symmach. 1. ep. 8. eloquium, Trebell. Poll. de Tyrann. in prin. Strab. 1. Geograph.

Posterioribus demum temporibus historia scriptio, & qua hodie vitimur philosophia in medium prodierunt. Verùm hæc ipsa ad paucos pertinet: poëtica in publicum utilior est, quæ etiam theatra implere valet.

Igitur Poësim Rhetoricæ elocutionis, & artis dicendi fontem, diuino quodam afflatu, & vi maiore naturæ in te fluentem, mira arte, & studio perficis.

----- *Alterius sic*

Horat. in Arte poët.

Altera poscit opem res, coniurat amicè.

Vt tibi celeriter antecellere omnibus ingenij gloria contigerit,

Cicero. pro Arch. poët.

Et ad veterum scriptorum laudem peruenisse;

Ibid.

Vt Homerum, & Virgilium, benè de humano genere meritos adæquaueris.

Sene. Cöfol. ad Polyb. c. 16.

Nam tua plena, ac facunda carmina, Musarum carmina sunt, abündant enim sonantibus verbis, uberibusq; sententijs, vt

Cicero. 1. Tuscul. quest.

Vel te Musa Iouis proles docuit, vel Apollo.

Et

L. Cels. Scaliger 3. Poëticae
c. 25.

Et DOCENT simul, ac DELECTANT. quibus *duobus capitibus tota Poëseos vis absolvitur.* quia verè

Horat. in Arte poët.

*Omne tulit punctum, qui miscuit utile dulci,
Lectorem delectando, pariterque monendo.*

L. Cels. Scaliger 3. Poëticae
c. 26. cum seqq.

In eis quatuor hæc præcipua inuenies PRUDENTIAM, VARIETATEM, EFFICACIAM, SVAVITATEM, adeò vt insignis ille IVLIUS CÆSAR SCALIGER in literis maximus relicto Virgilio suo, te ducem ad Poëticam artem quereret, & optaret, tuisque versibus potius ad eam confirmandam, vti voluisset: & cum Homero ceterisque magnis, tum Græcis, tum Latinis Poëtis, versus tuos, vt te *Principem carminum* faceret, sigillatim conferret, * & studiosis omnibus ad excitandam, constituendamq; nobilis Poëtæ imitatione magno suo iudicio proponeret. Aut si aliquis doctissimus, eruditissimusq; Hispanus inueniretur, qui vt ILLE Poëticam institutionem patrio sermone formare aggrederetur, ex omnibus facundis, atq; optimis Poëtis te potissimum ad eam confirmandam, exemplisque illustrandam eligere deberet.

Vellé. Patre. 2. Hist. c. 36.

* quod fecit toto lib. 5. Poëticae.

Admiror stylum magniloquum, generosum, pulchrū, floridum, grauem, acrem, figuratum, ad cuius maiestatem, aut plenitudinem nullum accedere posse puro, ac recto iudicio profiteor. Felix in eo calor, cultus, & nitor eximius, numeri non affectati.

Vellé. Patre. 2. Hist. c. 36.

Stupeo perspicuitatem in affectibus, proprietatem, venustatem, suauitatem, incitationem, puritatem, acumen, quæ *perfectissimum in forma operis tui* ostendunt. Accedunt dignitas, grauitas, vehementia, sonus, lectioris tuæ naturæ atque iudicij propria, quæ te ad huius artis columnen perduxerunt.

Cicero. 1. de Offe.

Accedit etiam, & *decorum*, quod sequeris. Sed tum seruare illud poëtas dicimus, quod deceat, cum id quod quaque persona dignum est, & fit, & dicitur.

Ibid.

Quòcirca in magna varietate personarum, etiam vitiosis quid

quid conueniat, & quid deceat, vides.

*Ea propter etiam in Comædijs * summam quidem gloriam adeptus, in quibus grandis, elegans, venustus, & inuentione gloriosus es: ingeniosa argumenta ad veritatem proximè accedentia magna semper dexteritate eligis, quæ spectatorem sollicitum, intentum, suspensum, & auidum mirificè habent: honestos amores, pares nuptias Hispano tingis sale; dulces, ac felices misces nugæ: inscriptione, aut titulo celeberrimo decoras: ornas virtutes, insectaris vitia, fictis nominibus, decenter, veris usus es aptè. & vt vno verbo dicam, Comædiæ tuæ SCINTILLANT ACUMINIBVS, ATQVE SENTENTIIS. Vndè & si*

Symmach. 1. ep. 25.
* hanc lectionem confirmat
ibi Fr. Iurexus in *Miscell.*
ex eod. Symmach. 3. ep. 37.
Ennodio Ticiensi in Epist.
ad Fratrem, & ad Boëtium.

Plin. 6. ep. 21.

Symmach. 7. ep. 9. & Sidon.
Apollin. lib. 7. ep. 9.

Multos incertos certare hanc rem vidimus,

Palma Poëtæ Comico cui deferant.

Eum, me iudice, errorem dissoluam tibi,

Vt contrà si quis sentiat, nihil sentiat.

Vulcatius Sedigitus in lib.
quem de Poëtis scripsit, re-
fertur ab Agellio lib. 15.
Noët. Attic. c. 23.

LEMENSIVM COMITI — *Palma statuo de Comico.*

*Solus es ergò omnium Poëtarum nunquam ineptiens,
vt qui nec in poemate mentiaris.*

Symmach. lib. 1. ep. 8.

Hispanus Homerus, Hispanus Virgilius meritò vocā-
dus, in cuius neruosis, & propè diuinis carminibus rerum
omnium scientia, omnis generis dicendi varietas, vis, &
copia inuenitur: infinita magnarum rerum, & artium
cognitio efflorescit: pura, & candida locutio redundat: vt
mihi videatur, quod de M. Tullio Cicerone quendam di-
xisse fertur, illius celebrationi non alium, quàm Cicero-
nem laudatorem satisfacere posse: id in te non minus qua-
drare, de quo nemo, nisi tu ipse, aut illi nempè Home-
rus, Virgilius, & Tullius elogio satis digno prædicare po-
terint.

*HVNC autem Principem humanitate, & studijs disci-
plinarum sollertium expolitum,*

Ammian. lib. 27. c. 13.

Facundum, moderatum, clementem AD ÆMVLATIONEM
LECTORVM PROGREDIENTEM PRINCIPVM.

Idem lib. 31. c. 29.

Ti

In

Cice. 2. Tuscul. quæst.

In hac eruditione liberali, & doctrina, quam à pueritia *legimus, & didicimus:

Plin. 3. ep. 5.

Non ego laudem? non admirer? non omni modo celebrandum curem? maximè cum talia doctissimos, gravissimos, sanctissimos homines scriptitasse sciam;

Ibid. 7. ep. 4.

Maximosque Oratores hoc studij genus, & in oblectationibus habuisse, & in LAVDE POSVISSE?

Ibid. ep. 9.

Et sic se aut exercebant, aut delectabāt, immò delectabant, exercebantq̃.

Ibid. 5. ep. 3.

Quorum in numero fuerunt M. Tullius, C. Calvus, Asinius Pollio, Marcus Messalla, Quintus Hortensius, M. Brutus, L. Sulla, Q. Catulus, Q. Scaevola, Ser. Sulpitius, Varro, Torquatus (immò Torquati) C. Memmius, Lentulus Gatulicus, Annæus Seneca, Luceius, & Virginius Rufus.

Tacit. sive Quint. in Dial. de Oratore.

Adeò ut hodie si quid in illis notitiæ, aut nominis est, magis arbitror carminum, quàm orationum gloria partum.

Plin. 5. ep. 3.

Et si non sufficiunt exempla priuata, videamus Imperatoria.

Suet. Iul. c. 56.

Eloquentissimus Iulius Cæsar poema scripsit.

Ibid. Aug. c. 89.

Octavianus Augustus poeticam quanquam summam attigit, ita ut poematum non imperitus esset.

Ibid. c. 89.

Ibid. Tib. c. 70.

Tiberius carmen lyricum, & Græca poemata fecit.

Ibid. Tit. c. 1.

Titus amor, ac deliciae generis humani -- in fingendis poematibus promptus, & facilis ad extemporalityatem usque.

& c. 3.

Nerua à Carminis dulcedine Tibullus dictus est.

Spart. Hadri. c. 14. & 15.

Hadrianus poematum, & litterarum omnium studiosissimus, ita ut versu promptissimus, & in omnibus artibus peritissimus esset.

Capit. Ver. c. 2. Aurel. Vi&. In Epit. de Vit. & moribus Imp. c. 16.

Verus amavit versus facere, maximè Tragicos.

Pertinax in poetica eruditus.

Lamprid. Alex. c. 27.

Alexander Seuerus nec versu inuenustus.

Gor-

* Nam in Græcis verbis pueri primò omnium poëti instituebantur: nō sicut nūc da oblectationis causa, sed ut modestiā discant. Strab. 1. Geographia quia Os teneri pueri, balbumque poëta figurat: Torquet ab obsecris iam nunc sermonibus aurem: Mox etiam poëtus præceptis format amici. A speris atque invidia cor vellit, & ira. Horat. 2. ep. j. quæ de re pluræ Plutarch. in lib. Quomodo adolescens poëtas audire debeat.

Gordianus Senior *poëmata scripsit*, multosque libros *ver-* Capit. Gord. c. 3.
sibus disertissimis.

Gallienus oratione, *poëmate*, atque omnibus artibus clarus. *hu-* Trebell. Poll. in Gall. c. 11.
ius est illud Epithalamium, quod inter centum *poëtas* *precipuum*
fuit.

Numerianus *versu talis fuisse* *prædicatur*, *ut omnes poëtas* Nopisc. Caric. c. 11.
sui temporis vicerit.

Gratianus *præclaræ indolis adolescens*, & *eruditissimus Imp.* Ammian. lib. 31. c. 29.
carmina faciebat, & *ornatè loquebatur.* Symmach. l. 1. ep. 15.
Aurel. Viâ. Epit. de Casar. c. 47.

Carolus Magnus *carmina*, quibus veterum Regum Aemil. lib. 2. Reg. Franc.
bella, & *acta* canebantur, emendavit.

Denique, *ut hunc numerum candido*, *meliori*que *lapi-* Iouius in Elog. Virorum Il-
lo, & *signem*, & *claudam*, LEO X. Pont. Max. *versibus* lustr.
ex tempore cum Camillo Querno, qui se Archipoëtam *iacta-*
bat, certare potuit.

Neronem enim transeo,

Plin. 5. ep. 3.

Ad poëticam prorum, *carmina libenter*, *ac sine labore com-* Suet. Ner. c. 52.
ponentem;

Et Domitianum, qui *simul simplicitatis*, *ac modestiæ ima-* Tacit. 4. Hist. in fl.
gine, *in altitudinem conditus*: *studium*que *litterarum*, & *amorem* Suet. Domit. c. 2. simulans;
carminum simulans, quò *velaret animum*, & *fratris emulationi* et ipse mirè modestiam in
subduceretur; primisque poëtica studium,
inuentam antea sibi, quàm
postea spratum, et abiectum.

Quamuis sciam non corrumpi in deterius, quæ aliquando etiam Plin. 5. ep. 3.
à malis, sed honesta manere, quæ sepius à bonis sunt.

Ars igitur Imperatoria, *ut potè* ab omnibus ferè Impp.
culta, *desiderata*, & *summo studio elaborata*, tibi *ingeni-*
ta, & *innata* tam feliciter est, *ut cunctos* non solum *felicitate*,
moderatione, *castimonia*, *indulgentiæ exemplo*; sed *STVDIORVM*
AMORE, & *ingenij gloria* * *præcellas*,

Veget. in Prolog. lib. 4. de
Re milit.

* God. Stevvech. restituit
præcedis.

Sicuti fatentur omnes, qui aliquid de ingenij possunt iudicare. Cicero pro Arch. poët.

Morum, animique tui bona cernimus, & tenemus, quæ antici- Veget. d. Prol. lib. 4.
pare,

pare, & superior optauit aetas, & extendi in perpetuum ventura desiderat.

Plin. 6. ep. 16.

Equidem beatos puto, quibus Dei munere datum est, aut FACERE SCRIBENDA, aut SCRIBERE LEGENDA: becatissimos vero, quibus VTRVMQVE.

Ibid.

Horum in numero Excell.^{mus} Lemenſium Comes, & ſuis verſibus (cùm

Inſcriptio Claudiani poë-
tæ apud Gruterū pag. 391. 5.

AD MEMORIAM SEMPITERNAM CARMINA AB EODEM
SCRIPTA SVFFICIENT)

Et glorioſis actionibus, quæ doctiſſimorum omnium ſcriptis celebrari debent.

Plin. 4. ep. 1.

Hinc eſt, quòd & ſi ſupremi Conſilij totius noui Orbis Præſes fuiſti, quòd Prorex Neapolitanus, qualis antè te, qualis poſt te vix vnus, aut alter (non ſinit enim me verecundia tua dicere, qualis nemo) quòd ſanctitate, quòd auctoritate, ætate quoq; primus: eſt quidem venerabile, & pulcrum: ego tamen te, vel maximè in REMISSIONIBVS miror.

Ibid.

Nam ſeueritatem iſtam pari iucunditate condire, ſummæq; grauitati tantum comitatis adiungere, non minus difficile, quàm magnum eſt.

Ibid.

Id tu cùm incredibili quadam ſuauiſſime ſermonum, tùm vel præcipuè ſtylo aſſequeris. Nā & loquēti tibi illa Homeri mella profluere, & quæ ſcribis complere Apes floribus, & innectere videntur.

* all. neſſare.

Claud. in Paneg. Mål. Theo.

*--- Quis non ſitiens ſermonis mella politi,
Deſerat Orpheos blanda teſtudine cantus?*

Idem 3. ep. 7.

Idem Paneg.

Idem 3. ep. 1.

Idem 4. ep. 23.

*Iàm in remiſſionibus tuis doctiſſimi ſermones, politici, aut poëtici cum eruditiffimis hominibus ſunt. ibi ſtudiorum honor, ſuaues quæſtiones, ut voluptates quoque ſtudijs con-
diantur, multum diſputare, multum audire, multum lætari:
cumque plurimum ſcias, quotidie tamen aliquid addiſcere.*

Suet. Claud. c. 41.
Plin. 5. ep. 13. & 7. 17. ut ſi
quid me fugit, vi certè fu-
git, admonear.
Theophr. quæ refert Diog.
Laërt. lib. 5.

*NEC omittam, quod ſæpè verſus tuos frequenti audito-
rio committis -- ut admonearis, ſi quid fortè te, ut tuum fallit.
ſcis enim veriſſimum eſſe. Recitationes parere emendationes.*

Et

Et licet iudicio tuo poteras esse contentus : tibi modestior con- Plin. 5. ep. 3.
stantia est, quam ut satis absolutum putes, quod à te probatur.

Poteras etiam ut alter Silius Italicus iudicia hominum re- Idem 3. ep. 7.
citationibus experiri.

At illud modestius, & fortasse reuerentius, sed hoc simplicius, Idem 8. ep. 1.
& amantius.

Itaque nullum emendandi genus omittens, per laudabiles, atque Plin. 7. ep. 17.
ab omnibus imitandos illos ad limam Plinianos gradus,
opera tua perficis.

Ita ab euo dignissimum creditum est, studiorum experimen- Tertull. aduersus Gnosticos. c. 6.
tum, committere artes.

Et primi Poëtae (ut hoc quoque laudibus eorum accedat)
collegium in libera Repub. instituerunt, ut recitarent inter se, Valer. Max.
iudicarentur, & iudicarent : mansitque postea mutato no-
mine, nam Schola Poëtarum dicebatur in Apollinis templo Martial. 1. epig. 36: 3. 39: 4. 610
constituta. Denique Athenæum in Mineræ æde colloca-
tum : ad quod Pertinax processionem, quam parauerat, ut Capit. Pert. c. 11.
audiret Poëtam, ob sacrificij presagium distulit;

Et Alexander Seuerus audiendorum, & Græcorum, Lati- Lamprid. Alenc. 35.
norum Rhetorum, vel Poëtarum causa, frequenter processit.

Sic in hac nobilissima, ac optimis artibus florentissima
Ciuitate in æde Sancti Dominici Athenæum constitutum
est. ubi non tantum Carmina, & Historiæ, sed & Orationes, Suet. Aug. c. 89.
& Dialogi recitantur.

Nec populum aduocare, sed cum Pliniana exceptione sa- Plin. lib. 7. ep. 17. & 6. ep. 18. in fin.
nos adhibere, & certos electosque solent, quos intuearis, quibus credas,
quos denique, & tanquam singulos obserues, & tanquam non
singulos timeas. Nam quod M. Cicero de stylo, ego de metu sentio.
TIMOR EST EMENDATOR ACERRIMVS.

Nam ipse qui recitat, aut recitanda præbet, sollicitudine in- Idem 3. ep. 3. & 13.
cenditur, & aliquantò acrius scriptis suis auditorum reuerentia in-
cendit: deinde quod de quibus dubitat, quasi ex consilij sententia sta-
tuit : multum etiam à multis admonetur : & si non admoneatur,

Vu quid

quid quisque sentiat , perspexit ex vultu , oculis , nutu , manuum motu , murmure , silentio , quæ satis apertis notis iudicium ab humanitate discernunt.

Hic igitur quando ut alter

Juvenalis.

----- *Letam fecit cum Statius urbem,*
Promisitq; diem -----

Plin. 4. ep. 5.

quò versus tui recidandi erant. doctissimi homines conue-
runt, eos summo studio, & assensu audierunt, summisque cla-
moribus probarunt. nec mirum cum ipsis carminum virtuti-
bus, tum etiam comparationis aculeis excitarentur.

Idem 4. ep. 3.

Quantum ibi humanitatis, venustatis! quàm dulcia illa!
quàm amantia! quàm antiqua! quàm arguta! quàm recta!

Cice. in lib. de Clar. Orat.
qui dicitur Brutus.

Et quanquam poëma reconditum paucorum approbationem
debeat mouere;

Plin. 3. ep. 19.

Quia tanto maiorem apud doctos habere gratiam debet, quan-
tò maiorem apud indoctos habet:

Cice. in Bruto.

At poëmata tua omnibus placent, & etiam sensum vul-
gi ita mouent,

Tacit. siue Quintil. in Dia-
log. de Oratorib.

Vt auditis in Athenæo versibus tuis, ut olim Virgilio
euenisse fertur, surrexit uniuersus populus, & te ut presentem,
spectantemq; veneratus est.

Plin. 6. ep. 6.

NEC studiorum tantum, verum etiam studiosorum aman-
tissimus es.

Idem 5. ep. 17.

Idem Paneg.

Ideò magnoperè bonis artibus faues, sed primùm Poëti-
cam foues, ac prouehis. An quisquam studia humanitatis pro-
fessus, non cum omnia tua, tum vel in primis laudibus ferat, quòd
omnes admittis, omnibus præmia tribuis? &

Martial. 12. ep. 4.

Quod Flacco, Variorq; fuit, summoq; Maroni,
Mæcenas atavis Regibus ortus eques;

hoc tu ætatis nostræ Poëtis.

Ibid.

Tu facis ingenium -----

Tu

Tu das ingenua munera pigritiae.

Quid honores, & admissionum tuarum facilitatem

----- *Loquar, ditataq; datum*

Idem 8. epig. 56.

Nomina, magnus erit quos numerare labor?

O decus, & toto meritò venerabilis ævo

Lucan. Paneg. ad Pison.

Picrij tutela chori, quo præside tuti

Non umquam vates inopi timuere senectæ!

Reuocas enim antiqua tempora, nam

Cura Ducum fuerant olim, Regumq; poëta,

Ovid. 3. Art. amand.

Premiaq; antiqui magna tulere chori,

Sanctaq; maiestas, & erat venerabile nomen

Vatibus, & largæ sæpè dabantur opes.

Ergò

Date dicta sub cothurno,

Siden. Apollin. lib. 9. ep. 13.

Date quicquid, & Poëta,

PETRVS hac, & illa transit,

Geometra quod arte texens,

Labyrinthicas cucurrit,

Et ab omnibus probatus,

Per & ora docta fertur,

Aganippicosq; fontes

Comitantibus Camænis

Quasi præfulem canendi.

Sed in omnibus laborans,

Rapit hinc, & inde palmam,

Procul hinc, & Hipocrenem,

Et Apollinem canorum

Abigamus, & Mineruam

Remouete, ficta factu.

Stupuit virum loquentem,

Toga, miles, ordo equester,

Et adhuc sophos volutant.

O facūdissime Heros, Hispani nominis decus vehatur curru

Symmach. lib. 4. ep. 56.

eloquij sui. Nos in agendis gratijs humiles reptamus, socco magis

idonci,

idonei, quàm cothurno, postquam facundia res esse capit Principum.

Claud. de laud. Stilich. Paneg. 3. Capitol. in M. Ant. Philof. c. 15. Nemo est principum, quem non grauis fama perstringat.

— NVLLI pars amula defuit unquam,
Quæ grauis obstreperet laudi, stimulisque malignis,
Facta sequebatur quamuis ingentia liuor.

Horat. Epist. 2. ep. 1.

Romulus, & Liber pater, & cum Castore Pollux,
Post ingentia facta, Deorum in templa recepti,
Dùm terras, hominumque colunt genus: aspera bella
Componunt: agros assignant: oppida condunt:
Plorauere suis non respondere fauorem
Speratum meritis. diram qui contudit hydram:
Notaque fatali portenta labore subegit:
Comperit inuidiam supremo fine domari.

VRIT ENIM FVLGORE SVO, QVI PRÆGRAVAT ARTEIS
INFRA SE POSITAS.

Amma. lib. 17. c. 10.

Imò legimus in veteres quoque magnificos duces vitia criminæque, etiam si inueniri non poterant, finxisse malignitatem, spectatissimis actibus eorum offensam.

Polyb. 1. Hist.

Illustres enim, atque admiranda actiones, graues inuidias, & acres calumnias conflare solent.

Claud. de laud. Stilich. Paneg. 3.

Solus HIC inuidiæ fines virtute reliquit,
Humanumque modum, quis enim liuescere possit,
Quod nunquam pereant stellæ? quod Iuppiter olim
Possideat cælum? quod nouerit omnia Phæbus?

EST ALIQVOD MERITI SPATIVM, QVOD NVLLA FVRËTIS
INVIDIÆ MENSURA CAPIT, ductoribus* illis

* quos ante retulit, scilicet, Fabricium, Paulum, Marium, & Pompeium.

Præterea diuersus erat fauor: equior ille
Patribus, inuisus plebi, popularibus illi
Munito studijs, languebat gratia patrum.
Omnis in hoc uno varijs discordia cessit
Ordinibus: letatur eques, plauditque Senator,
Votaque patritio certant plebeia fauori.

Nam paruum illam inuidentium manum (paucos illos Patricios intelligo, octo enim, aut decem tantum fuerunt primi

primi motores) qui gloriam tuam obscurare irritò aufu-
conati sunt , paruifacio . si quidem in contractione redi-
tuum Ciuitatis , & pœnis in pomœrio ædificantium , ac
vectigali inuectionis, nec non in iure nouæ aquæ ducen-
dæ, propriam vtilitatem spectantes (*quamquam fas sit pri-
uata commoda publicis vtilitatibus remittere.*)

Tacit. 1. Annal.

Palàm gratiam harum rerum , & speciosa nomina prae-
xentes , nec quisquam alienum damnum , & vtilitatem sibi
concupiuit , ut non eadem ista vocabula usurparet.

Tacit. 4. Histor.

Sed quàm falsò ? nam vt salutaria tua in publicum in-
stituta, euerterent, hæc præferunt . si impetrauerint ,

Idem 16. Annal.

Quòd sibi potiùs accommodatum , quàm ex vtilitate commu-
ni agunt , alendo seditiones ciuitatum.

Ibid.

Hi imperitos animos impellere paulatim nocturnis colloquijs,
aut flexo in vespere die,

Idem 1. Annal.

Inserendo querelas, & ambiguos de optimo Prorege sermo-
nes, quæque alia turbamenta vulgi.

Idem 1. Hist.

Postremò, promptis iam, & alijs secessionis ministris contrà
leges, pragmaticas factiones, suasque constitutiones Con-
uentus (quos *Sedilia* vocant) fecere, quibus legatum ad Ca-
tholicum Regem nostrum ad illa omnia impetranda de-
creuere, & callidè rumorem vulgarunt, missum ad expo-
nendas iniquas optimi regiminis tui querelas.

Idem 1. Annal.

Quia iure cautum est, vt quoties à Neapolitana Ciuitate
legatio destinatur, VNIVERSOS NOBILES qui intrà urbem con-
sistunt, si non aegritudine , vel alia in excusabili necessitate impe-
diantur , in locum destinatum conuenire debere;

1. Quoties 15. C. Theod. de
Legat. l. Vlt. C. Iust. eod.
Guid. Pancir. de Magistr.
municip. c. 26. resoluunt in
terminis M. Ant. Surg. 1. de
Neap. Illust. c. 25. a num. 19.
(vbi Rescripti Catho. Reg.
Philip. III. refer.) Io. Frac.
de Ponte de Potest. Prore.
sit. de Abund. Ciuit. §. 7.
Calliod. 6. form. 23. Comiti-
uz Neapolitanæ.

Vt conuentus nobilium occursione celebri colligatur.

Ac vesperi * Tesserà data sollemni, omnia, quæ in sequen-
ti die tractanda sunt, edicere:

Ammia. lib. 23.

Et decreta

d. l. Vlt. C. Iust. de Legat.

Inter OMNES communi consilio , tractatuque deliberata,

1. Si quod 5. eod.

Xx

suaque

*Vt ex hac Constitutione
Sediliū apparet. In primis,
è capitulato, che tutte le
cartelle cò le quali si chia-
mano le Piazze siano cò le
giornate, & in esse siano
chiaramente scritte le cause
perche si chiama, & siano
sottoscritti dalli Signori
Cinque, che si troueranno
presenti, & maggior parte di
essi, & quelli si debbiano
copiare nell'istesso libro pri-
ma che si annosino le con-
clusioni, & si chiama la
Piazza vn di prima, che si
faccia, auertendo che la
cartella si oscura non si pos-
si trattar Piazza.

d.J. Quoties C. Theod. eod. *suaque propria subscriptione firmata viro Excell.^{mo} Proregi insinuare: ut eius relatione suis virtutibus intimata, & sub examine suo perpenſa, mitti nec ne legati debeant, ordinetur: nulli penitus legatione libera committenda.*

Tacit. 1. Annal.

Ibid.

Pragm. 1. tit. de Ecclesiast. perſo.

Hinc est, quòd nec eligi possunt vltra expressas causas, AD OMNIA ALIA, aut nullis satis certis mandatis, ex re consulturi: vel ut vnum, aut alterum peterent, cetera mandatuſ, ubi prima proueniſſent. nec Hierosolimitani Equites tanquam personæ Ecclesiasticæ ex propria huius Regni pragmatica ſanctione.

Diod. Sicul. 4. Re. antiq. c. 27.

Quibus omnibus iuris ſollemnitatibus omiſſis totus Equeſter ordo (trecenti enim fuerunt, qui libellum ſubſcripſere) vehementer commotus, ſtatim ſe iſtis illegitimis Conuentibus oppoſuit, periniquum exiſtimans, homines tantorum beneficiorum immemores, eius laudi clariſ virtutibus parte calumniando detrudere.

Tacit. 1. Hiſt.

Nam is habitus animorum fuit, ut peſimum ingratiſ facinus auderent pauci, plures contradiceret, omnes exprobaret.

I dem 15. Annal.

Nihilque magis uſque ad cõtumeliã ampliſſimi Ordinis, penetrauerat, quàm quòd illi pauculi dictitaſſent, in ſua poteſtate ſitum, an Proregibus qui Neapolim obtinuſſent grates agerentur, vel apud Catholicum Regem arguerent. tanquam ſi iſti proprijs vtilitatibus, & iniquis odijs commoti ſuæ Ciuitatis nomen uſurpare poſſent.

Ibid.

Ergò aduerſus nouam illorum ſuperbiam dignum fide, conſtantiaque tantæ nobilitatis cœperunt conſilium, quo ſuis priuilegijs, ſuæque libertati nihil derogaretur, Proregibus opinio decedat, qualis quiſque habeatur * alibi quàm in paucorum ciuium iudicio eſſe.

* Ferretus ibi legit, qualis quiſque habeatur alibi, haud quaquam in ciuium iudicio eſſe.

* Olim omnia Imp. ſacra nuncupabatur, ut ſacrum, ſcrinium, coſtorium, Auditorium. ſacra Cognitio, Lorgio, ſanctio, ut doct. comprobatur Iurec. ad Symmach. lib. 2. ep. 30. Hinc originem habet, ut ſacrum, Neap. Coſiliu appellaretur.

Hoc fuit, quòd in * ſacro Conſilio Conuentus illos contra leges, & mores factos, nullos fuiſſe declarari poſtularunt. & cùm antè qui ſe ſedilibus opponeret, libertatis patrię proditor appellaretur; ideò illi tantum, qui grauiffima delicta commiſerant, ut impunitatem ſimul, ac gratiam erga

Pro-

Proreges consequerentur *insuperhabito* boni ciuis illustri, Symmach. 1. ep. 1.
ac præclaro titulo contradicere, & impugnare audebant:
nunc vt ingrati animi nomen *omnium vitiorum maximum* Sene. 1. de benefic. c. 10.
effugerent ergà Proregem optimè de Repub. meritum,
omnes boni ciues tribunal strepere.

Olim quidem non modò Prator, aut Consul, sed priuati etiam Tacit. 15. Annal.
mittebantur, qui prouincias uiserent, & quid de cuiusque obsequio
videretur, referrent. trepidabantq; gentes de æstimatione singulorū.
At nunc colimus externos, & adulamur, & quomodo ad nutum
alicuius grates, ita promptius accusatio decernitur.

Decernaturque, & maneat Neapolitanis, libertatem, & po- Ibid.
tentiam suam tali modo ostentandi. Sed querelæ calumniosæ,
aut laus falsa, & precibus expressa, perindè cohibeantur, quàm
malitia, quàm crudelitas.

Nobilitati fidelissimus etiam Populus non minori ira,
& dolore accessit. quia *nemo unus homo, uni homini, tam* Sene. lib. 1. de Clement. c. 1.
carus umquam fuit; quàm tu populo Neapolitano, magnum,
longumq; eius bonum.

Quid melius, quàm illum populum gratum respicere, cui cogno- Cassiod. Var. 6. form. 23. Ce
sceris præsidere? Quale est perfrui fauore multorum, & illas vo- mitiaz Neapolitanæ.
ces accipere, quas & clementes dominos delectat audire?

* Nam qui cetera legem fa-
cit, punitur l. non dubiū, D.
de Legib. notat in terminis
Ant. Surgen. lib. 1. de Neap.
Illust. c. 25. num. 21.

Sacrum Consilium Neapolitanum suis iustissimis de-
cisionibus clarum, & ubique semper receptum, obserua-
tumque, Conuentus illos publica sententia nullos fuisse
declarauit. Vndè licet posses iustissimè nobiles illos * pu-
nire, tamen cū *seueritatem abditam, clementiam in procin-* Sene. 1. de Clem. c. 1.
ctu habeas, omnibus veniam commodasti.

Et quamquam multi equites Legatum illum, sustentasse opi- Tac. 2. Annal.
bis, iuuissè consilijs dicrentur, haud quæsitum.

Rarissimam enim laudem, & nulli adhuc Principum con- Sene. 1. de Clem. c. 1.
cessam concupisti, INNOCENTIAM. Non perdis operam: & bo-
nitatis ista tua singularis ingratos, aut malignos æstimatores aper-
tè ostendit, ac sufficienter confundit.

Sed

Adagium Græcorum;

Sed cùm nonnulli ex illis nobilibus (quos Deputatos vocant) *conscientia animum verberante* ad Ecclesias confugerent, vt securos faceres, & vltra omnem suspicionem tuam Regi, & vniuersis tuam ostenderes magnanimitatē; * permiffisti eis, nullitatibus, ac Sacri Consilij sententia, Regnique pragmaticis sanctionibus non obstantibus (seruatis tamen suorum *Sedilium* statutis) posse rursus conuenire, & electionem Legati quamuis nullam confirmare.

Sicron. Apollin. 3. ep. 2.

Dicet aliquis superuacuum fuisse hoc facere ei, cuius mores tam probi sunt, *vt laudibus eorum nihil ne Regni quidem defraudet inuidia.*

Sene. 1. de Clemen. 15. Tac. 4. Annal. Ceteris mortalibus in coſtare conſilia, quid ſibi conducere paſſent: Principum diuerſam eſſe ſortē, quibus præcipua rerum ad famam dirigenda.

Sene. 1. de Clemen. c. 20.

Ego contrà ſentio. Quilibet noſtrum debuiffet aduerſus opiniones malignas ſatis fiducia habere in bona conſcientia: Principes multa debent etiam fame dare.

Tacit. 3. Annal.

DIFFICILIVS eſt moderari, ubi dolori debetur ultio, quàm ubi exemplo. At in noſtro miriſſimo Prorege difficilius fuit moderari in ultione publici exēpli: quàm doloris ſui. Quia ſanè lentus in ſuo dolore eſt; Reip. iniurias non largitur.

Sene. 1. de Clemen. c. 20.

Hinc eſt quòd *manifeſtè læſus, animum in poteſtate habuit; & penam omnibus illis donauit.* tamen quia *tutò non poterat* abſque publici exempli ſatiſfactione equitem illum, in cuius domo *clandeſtini cætus celebrabant*, abſque temperato ſupplicio relinquere, in exilium mittendum curauit.

Tacit. 3. Annal.

Liui. lib. 34.

Quia ſemper ab hoc genere ſummum periculum eſt, ſi cætus, & concilia, & ſecretas cōſultationes, eſſe ſinas. certum enim eſt, nihil auſuram plebem, addo & nobilitatem, principibus amotis.

Tacit. 1. Annal.

Liui. lib. 28. Cice. pro Clæto. Vt mare, quod ſua natura tranquillum eſt, ventorum vi agitur: ſic populus ſua ſpontè placatus hominum ſedicioſorum vocibus, vt violentis tempeſtatibus aſſoluitur.

Sene. 1. de Clemen. c. 20.

Nàm *multitudo omnis, ſicut mare, per ſe immòbilis eſt: Vndè cauſſa, atque origo omnis furoris penes auctores eſt, reliqui contagione inſaniunt.*

Quare longè fuit in ſuis, quàm in alienis exorabilior iniurijs. Nam quemadmodū non eſt magni animi, qui de alieno liberalis eſt, ſed ille, qui quod alteri donat, ſibi detrahit: ità CLEMENTEM vocabo, non in alieno dolore facilem, ſed eum qui cum ſuis ſtimulis

* Vt apparet ex eo libello, quem Sacri Conſilij Præſidi ſcribi iuſſi in hæc verba. El Conde mi Señor ha entendido, que la eleccion de D. Geronimo de Guenara hecha por algunos Diputados cōpreſupueſto de repreſentar Ciudad, ſe ha declarado nula en el Conſejo, aſento à que ſiendo Cauallero de Malta, les obligaua la Prematica del Reyno, y à inſtancia de muchos Caualleros que alegaron eſta, y otras nulidades, y por algunas cauſas, que muenen la mente de S. E. me ha mandado dezir à V. S. que ſiempre que los Diputados aquien toca, ſe boluieren aunar, y cumpliendo con el arancel, y forma de ſus miſmas Plazas cōfirmaren la eleccion de D. Geronimo de Guenara da licencia para ello, y diſpenſa à la Prematica, y à todo lo demas conueniente à carias de S. M. y otras ſolez aſdes neceſſarias, que pueden depender de la voluntad, y arbitrio de S. E. ſin embargo de la ſentencia del Conſejo, y aſſi podrá V. S. hazerle publicar. Palacio à 31. de Enero 1615. D. Juan Fern. Naxar.

exa-

exagitur, non proficit: qui intelligit magni animi esse, iniurias in summa potentia pati, NEC QUIDQVAM ESSE GLORIOSIVS, PRINCIPE IMPVNE LÆSO.

SED quid singula confector, & colligo? quasi verò aut oratione complecti, aut memoria consequi possim. Plin. Paneg.

Longum est enim, de eius gloria sufficienter loqui, quem singularem gentibus secula fecunda genuerunt. Cassiod. 8. Var. ep. 9.

Quocirca nulla vox fortis, nulla oratio felix, nullū ingeniū tam secundū umquā fuerit, quòd possit à te res gestas dignè exprimere. Capitolin. Maxim. & Balb. c. 17.

Quæ Fidelissima † Ciuitas, Barones, & Regnum in publicis comitijs, ne qua interciperet obliuio, in publica acta mittenda censuerunt.

S. mul OMNES, OMNES,

INDVSTRIAM, FIDEM, CONSTANTIAM TVAM PLENISSIMO TESTIMONIO COMPROBARVNT, dignum, solumq; par pretium tanti laboris.

Decernentes TE RECTE, ET ORDINE, EXQVE REPVB. FECISSE, ET FACERE. Liui. lib. 30.

ET PRO TVA, MAIORVMQVE TVORVM DIGNITATE, CONSVETVDINEM REIP. BENE GERENDÆ FECISSE. TVVM PRÆSTANTISSIMVM MERITVM IN REMPVB. Ciuitati, Baronibus, & Regno GRATVM ESSE, ET FORE.

*Et vt Excell.^{mus} Montis Leonis Dux * legatione fungeretur, AD AGENDAS AMPLISSIMIS VERBIS apud Catholicum Regem nostrum GRATES,*

OB HÆC, QVIBVS MAIORA, NEQVE SPERARE, NEQVE OPTARE POTERAMVS.

Miscendo laudes ingentes, vt Regalis Maiestas iudicium publicæ mentis agnoscat.

Quid accomodatius ad gloriam, quàm ille qui Regnum, rexit, non tantum codicillos amicorum, nec urbana coniuratione oblanditas preces; sed decreta Ciuitatum, decreta Prouinciarum, decreta totius Regni alleget?

Yy

Deindè

† Epist. Ciuit. Bar. & Reg. ad Cathol. Reg. Di tutto questo è fatta l'integrità, e l'imperturbabile essemplare con che detto Conte di Lemos con tutta sua casa ci ha governato, e governa, d'allo in qu'esso tempo essempio d'imitazione alli Ministri inferiori, ordinando Prämias con molti altri stabilimenti, riforme, fundazioni, preuentioni, agguilamenti, e beneficio vniuersale, che per esser tante, e così heroiche l'azioni di questo sì Gran Ministro à quello solo può attribuerli il total rimedio, à questi disordini.

* In ead. Epist. Per rappresentare supplire quāto di sopra si è detto, questa fidelissima Città, Baronaggio, & Regno ha eletto il Duca di Monteleone per la sua qualità, e persona degno figlio, & accetto alla M. V. & altri due Baroni che l'accompagano, la nomina dell' quali si è inuessa à detto Vicere, & all'essi si è data nota particolare, e distinta, di tutti le beneficij riceuuti dal detto Conte di Lemos nostro Vicere.

Solemne verbum in acclamationibus peragendis, & finitendis. Trebell. Poll. in. Valer. c. 1. Vopisc. Prob. c. 12. obseruauit P. Faber. 1. Semest. c. 14. Brion. 2. de Formulis. Plin. 3. ep. 9.

Cice. Philipp. 5. de Bruto agens, & Philip. 10. de Q. Scipione.

Tac. 15. Annal. Cice. Orat. 3. & 4. & in. Cutil.

Liui. lib. 28. de Legatis Sanguinorum.

Trebell. Poll. in Claud. c. 4.

Plin. Paneg.

Lim. d. lib. 28. & lib. 30. ubi de Legatis Masinissa, Cetera Scipionis beneficia, & munera Senatus deest suo confirmaret.

Plin. 10. ep. 109.

Quint. lib. 3. Instit.

Cassiod. 3. Var. ep. 16. Sed non imparem (alias vniparem) meruisti gratiam, ut vix actionibus aequaliter approbas.

Idem.

Idem 11. ep. 24.

Idem 3. ep. 5.

L. Lips. Epist. ad Germa. & Gall. Cent. ling. ep. 17.

Apud Dion. Cass. lib. 55.

Apud Plutarch. in Solone.

Cassiod. 3. Var. ep. 18.

Plin. Paneg.

Deindè * OMNIA, quæ nobis prudens, & integra præfectura tua *commoda tribuit*, ab illo die, quo eam exercere cepisti, usque in præsentem, EA RATA, ATQVE PERPETVA AVCTORITATE REGIA FACIAT.

Nā quæ sunt à Proregibus instituta, sint licet sapiēter indulta, breuia tamen, & infirma sunt, nisi illis Regia cōtingat auctoritas.

Successores enim semper innouant, & ut aliquid sui videantur asferre, etiam recta commutant.

MAGNUM Præfecturæ tuæ decus, magnū tuæ prudentiæ præconiū, quòd huic Regno non solum in vna, aut altera actione, sed in omnibus equaliter placuisti. Nimis quippe arduum est, tale aliquid in gubernando facere, quod nequeat tantis prudentibus displicere. Ideoq; non minus dignitatis vir estimandus est, qui ab omni Regno bonum potuit referre iudicium.

Nam si gratum est, vel sub raritate prædicari, quid illi gaudij provenire possit: quem tot nobilium vota laudauerint?

Uni enim acceptum fuisse, interdum gratia est: multis placuisse iudicium.

Et si paucorum amor iuste iam gloria est, tanta Ciuitatis affectus, quod potest habere præconium? Proinde sicut omnia ingrata videntur obscura, sic generaliter dilecta præclara sunt.

Stoicorum scitum est, *Gloriam multorum iudicijs constare, Claritatem paucorum.*

Fieri non potest (dicebat Sapiens illa Liuia ad suum Augustum) *ut Princeps omnibus placeat.*

Et Solon ille prudens Nomotheta

Omnibus, in magnis, difficile est, placeas.

At tu OMNIBVS, & in OMNIBVS simul placere meruisti, & ideò nec ego, *elegi, quæ referam*, cū omnia in te sint laudanda; nec Regnum quæ confirmentur, cū omnia publicis, & priuatis vtilitatibus conducant, omnia benè, rectè, ac sapienter instituta sint.

*In ead. Epist. Essendo dunque negotio così graue, di così grande importanza, & stato concluso in questo general parlamento di mandare à supplicar à V. M. rebi seruita ratificare, confirmare, & approbare TUTTO QUELLO, CHE HA FATTO DETTO CONSIGLIO DI LEMOS NOSTRO VICERE, DAL DI CHE VENUTO AL GOVERNO DI QUESTO REGNO INSIN AD HOGGI. con dar ordine rigoroso, & preciso, che in nessun tempo, nè per qualsivoglia occasione li Vicere che per l'auenire faranno in questo Regno, nè altro Ministro in nessun conto possino, nè debbiano alterare quello che stà stabilito, nè alienare p. qualsivoglia causa, etiam vrgentissima l'ordine, & beni assegnati senza ordine particolare di V. M. & facendosi il contrario ogni atto resti nullo, & invalido, &c.

Mul-

Multa laudabilia etiam mali Principes faciunt, omnia ta-
men nisi optimus non potest. Ibid. & in eod. sensu Mar-

Pulchrum quidem, & gloriosum tibi tam evidens to-
tius Regni iudicium. Nec herculè tantopere cunctis facta tua
placere, nisi magna, & præclara forent. Plin. Paneg.

Hoc unum proprium est boni Principis lucrum, & instar
infinitorum aliorum, OMNIA sic facere, ut & in ipso imperij tem-
pore, & post id, iustitiæ, ac bonorum omnium à subiectis testi-
monium habeat. Basil. apud Stobæum.

Sic OMNIVM pro te factus est unus animus ex magna diuer-
sitate sociatus. Cassiod. 4. Var. ep. 3.

Carpes certè laboriosæ Præfecturæ gratissimum fructum:
quando prouectus tuus ita potuit OMNES letos efficere, ut uni-
uersi in te iudicent sua desideria profecisse. Ibid.

Epist. Cinit. Bar. & Reg. Lì
 quali espedienti conseruà-
 dosi per l'annunire, potre-
 mo esser sicuri che durerà
 la nostra quiete ppetuamē-
 te nel modo che hor veda-
 mo per esperienza, &c.

Nàm cùm TE BENE REM. ET EX UTILITATE OMNIVM
REXISSE prædicent, suamque felicitatem in constitutio-
num tuarum perpetuitate constituent, desiderantes, nihil
in eas successoribus licere, certum est, te benè Remp. gessisse,
& gerere. Plin. Paneg. Ibid.

Fruere nunc his bonis, hoc quæstu, & utilitatem propriam,
quàm respectu publico contempsisti, recipies duplicatam. Hæc est
enim vitæ gloriosa commoditas, apud suum Regem ciues ha-
bere laudantes. Cassiod. 1. Var. ep. 9.

In ead. Epist. Mandando cō-
 sideratione al grosso impo-
 gno, in che si risona per le
 integrità con che si è man-
 tenuto in questo Regno, &c.

Nàm ex hac Præfectura nullum alium quæstum feci-
sti, nihilq; in tuam rem vertisti: quinimò omnes tuos annuos
reditus, contracto in super magno t ære alieno, nostris rebus im-
pendisti,

Dio. lib. 43. in Oratione
 Cæsar. ad Senat. Symmach.
 lib. 9. ep. 39. Nihil enim de
 Sardinia reportauit, nisi
 bonam conscientiam, &
 malam valetudinem.

Hic profectò locus est, ubi præconium meretur effusio: quando
virtutis genus est, propriam substantiam non amare, ubi tan-
tum opinionis acquiritur, quantum facultatibus abrogatur. Cassiod. 2. Var. ep. 2.

* In ead. Epist. Hà voluto
 ancor in questa occasione,
 questa fidelissima Città, Ba-
 romaggio, & Regno, per mezzo
 del

*His igitur tot amplissimis laudibus incitatus * Catholicus*
Rex noster, tibi totius Italiæ Præfecturam, dignitatum api-
cem,

Ibidem 1. ep. 36

cem, iusta remuneratione contulit, ut quòd alijs est præmium, tibi sit retributio meritorum.

IML

Maeste, summe vir felicitate laudabili, qui ad hanc vocem dominantis animum impulisti: ut bonorum tuorum potius fateatur esse, quod dedit.

Idem 11. ep. 22

Iuste enim potentiora consequitur, qui de commissa sibi administrationis perfectione laudatur.

Vopisc. Aurel. c. 9.

Et cui tantum à nobis, atque ab omni Repub. communi totius Regni confessione debetur, ut digna illo vix aliqua, vel nimis magna sint munera.

Cassiod. 1. ep. 4.

Vt quamvis summa adipiscatur, iudicetur tamen ab omnibus plus mereri.

Idem 1. ep. 31

Sint hæc diuino perpetrata auspicio: ut cum hæc pro remuneratione tribuantur, meliora iterum tuis meritis exigantur.

Plin. Paneg.

Hæc omnia, & in vulgus exire, & posteris prodi, cum ex utilitate, tum ex dignitate publica fuit. Primum ut orbis terrarum pietatis nostræ adhiberetur testis, & conscius; deinde ut manifestum esset, audere nos de bonis, malisque Principibus, non tantum post ipsos iudicare:

Ibid.

Postremo, ut experimento cognosceretur, non ingratos esse.

Sena. 3. de Benefic. princ.

Non enim referre beneficijs gratiam turpe est.

Plin. Paneg.

Accipiant ergò Proreges ex iam confessa omnium approbatione in posterum exemplum, discant ACCLAMATIONES, ET GRATES veras, falsasque discernere: habeantque muneris tui, quòd iam decipi non poterunt.

Ibid.

Sciant & quæ facere, & quæ debeant audire, si faciant.

Ibid.

Tu verò noua merearis, noua audias: eadem enim dici, nisi ob eadem facta non possunt.

Paneg. Maxi. Aug. dict.

DIXI Excell.^{ne} Princeps propè plura, quàm potui, sed pauciora, quàm debui.

Mamer. Iulia. & Symmach. 10. ep. 22. Si parua adhuc

Vndè si tibi parum ampla, nec respondete meritis tuis oratione
us

del detto Ambasciatore
baciare i piedi à S. M. per
la degna promissione, che s'è
ferma fare di Presidente
del Consiglio d'Italia, in
persona del detto Viceré,
ancor che maggior benefi-
cio nostro sarebbe stato la-
sciarelo quì per molti an-
ni, poichè in questi pochi hà
ridotto qsto Regno cò gli ag-
giustamenti sopra narrati
da una calamità disperata
à stato cò sì felice, ma
poichè è stato suo Re il ser-
uitio voluto presso di se, se-
mo sicuri, che ne riceneremo
ogni giorno maggiori
beneficii, per l'affezione
che mostra verso di noi.

us videbor, *quæ*so obtestorq; te, *mea* id *natura*, & mediocri-
tati ingenij, *potius* quàm *magnitudini* beneficiorum tuorum pu-
tes tribuendum.

sunt dicta, munerum ve-
storum imputate miracu-
lis. Nam magnitudo hope-
ris, locum multis planctibus
non reliquit.

IN FINE orationis Sanctos præfides, custodesq; huius Re- Plin. Paneg.
gni, ac te præcipuè DEVS OPTIME MAXIME, precor, ut be-
nificijs tuis faueas, tantisq; muneribus addas perpetuitatem.

Non te distringimus votis. non enim pacem, non cōcordiam, Ibid.
non securitatem, non opes oramus, non honores: simplex cunctaq;
ista complexum unum omnium votum est, SALVS NOSTRI
PROREGIS.

(Sic enim nos perpetuam felicitatem Reip. & lata huic precari Suet. Aug. c. 38.
existimamus.)

Patere illum generi humano iam diu ægro, & affecto mederi: Sene. Cōsol. ad Polyb. c. 32.
patere quicquid priorum Principum incuria cōcussit, in locum
suum restituere, ac reponere. SIDVS HOC, quod præcipitato in pro-
fundum, ac demerso in tenebras orbi refulsit, SEMPER LVCEAT.

Augeat imperium nostri Ducis, augeat annos.

Ouid. 1. Fast.

Plures * hanc Præfecturam teneat, ut omni malorum
acerbitate depulsa, humanum genus quietæ felicitatis munera con-
sequatur.

Iul. Firmic. lib. 2. Mathes. 6.
vlt.

Custodi, serua, protege hunc statum, hanc pacem, hunc † Prin-
cipem.

Vell. Patere. 2. Hist. c. vlt.
† hanc vocem reponit Lips.
ibi.

Succesores quàm seriſsimos

Ibid.

SIMILES EI concede,

Suet. Claud. c. 1.

Quorum ceruices tam fortiter sustinendo, oneribus huius
Præfecturæ sufficiant, quàm huius suffecisse sensimus.

Vell. Patere. 2. c. vlt.

D I X I.



Zz

* Epist. Cimit. Bar. & Reg.
ad Cathol. Reg. nostrum.
Aucore huius maior benefi-
cio nostro foretbe stato la-
sciarelo qui per molti an-
ni poiche in questi pochi bi
ridotto que- Regno con gli
viti & famiti f. pra narrati
da una calamità dispera-
ta a stato cop. felice, etc.


FEDERICVS MOLES

EQVES HIEROSOLIMITANVS,

Dauniæ, & Samniæ olim Præses,

GARCIAE BARRIONVEVO

CVSANI MARCHIONI SVO S.D.



Ibrum MARCHIO ILLVSTRIS. quo
EXCELLENTISS. LEMENSIVM COMITI
Proregi optimo gratias agis summa,
mea voluptate, immò etiam admira-
tione perlegi. *Est enim opus pulcrum,
validum, acre, sublime, varium, elegans,
figuratum, spatiosum etiam, & cum magna tua laude diffusum.*
multam lectionem præscam, sententiarum copiam, ac
ac vbertatem habet. laudat decenter, idest scitè, doctè, di-
fertè; ornat excelsè, disponit aptè, & ex optimis auctori-
bus defloratas laudes posteris legendas exhibet, quos in
sanguinem tuum iàm vertisti, & succum, atque idè faci-
lè eist tanquam proprijs verbis vteris: & quicquid lectione
collegisti, stylo tuo redigis in corpus. *Apes vagantur, & flores
ad mel faciendum idoneos carpunt: deinde quidquid attulere,
disponunt, ac per fauos digerunt: & ut Virgilius noster ait,*

----- *Liquentia mella*

Stipant, & dulci distendunt nectare cellas.
quas tu imitaris, & quæcumque ex diuersa lectione congeris,
separas: (melius enim distincta seruantur) -- adnotas, excerptis
Plinij Senioris exemplo, qui nihil legit, quod non excerpe-
ret. -- Deinde adhibita ingenij tui cura, & facultate, in unum
saporem varia illa libamenta confundis: ut etiam si appareat
undè sumptum sit, aliud tamen esse, quàm undè sumptum est,
videatur.

Et sicut multorum vocibus chorus constat, unus tamen ex

om-

Plin. 4. ep. 84

Sene. ep. 84

Ad idem Lucretius, Floris-
tis ut apes in saltibus om-
nia libant, omnia nos is-
dem depascimur.

Plin. 3. ep. 5.

Sene. d. ep. 84.

Ibid.

omnibus sonus redditur . aliqua illic acuta est , aliqua grauis , aliqua media . accedunt viris feminae , interponuntur tibiae : singulorum illic latent voces , omnium apparent . ita hoc in libro multi loci , innumerae sententiae , quamplura politica praecepta , immensa omnium ætatum facta , in vnum conspirata , ex dissonis suauissimum concentum efficiunt .

Nil paruum , aut humili modo

Horat. 3. Carmi. Od. 29.

loqueris : omnia magna , insignia , immemorata , accurato , ac exquisito dicendi genere decorantur . Quantum antiquitatis ? quantum exemplorum ? quantum rerum omnium tenet ? O dignum gloria , atque immortalitate scriptum ! dignum optimo hoc Principe ! dignum & te mi Garcia . Ipsa inuentio quam arguta , quam præclare , & ingeniosè aptata ? *Quid enim aliud est , quam ex omni bonarum artium ingenio collecta perfectio ?* Nam quicquid in Poëtis lepidum , in Heroicis arduum , in Comicis autenticum , in Lyricis cantilenosum , in Satyricis figuratum , apud Oratores graue , in Annalibus fidele , inter Grammaticos cruditum , in Philosophis mysticum , in Panegyristis plausibile , in Commentatoribus lucidum solus haussisti , IVSTVS HÆRES VETERVM LITTERARVM , vt quæ illi multifariam condiderunt , id te omnifariam singulis , nisi cui ingenium , sibiq. quis defuit , tradidisse . Nihil profectò accomodatius ad laudandum prudentissimum Proregem excogitari potuit , nec ab alio styli genere grauius , decentius , aut argutius commendari . Meruit Traiani virtus , C. Plinij Secundi immortale opus : Theodosij prudentia , & bellicæ rei gloria , Latini Pacati doctum , & elegans : Iuliani temperantia , ac frugalitas , Mamertini facundum : Constantini Magni pietas , ac religio , Nazarij disertum : Gratiani eruditio , Ausonij tersum , ac suaue : (vt alios plures omittam , quorum Panegyricos , aut Encomia vsurpas .) At Excell.^{mi} Lemenfium Comitum omnium virtutum cumulus , ac felix natura meruit hoc tuum cultum , nobile , gloriosum , & omnibus anteponendum . Cui enim omnium contigit , aut tam nobilis scriptor , aut tam eloquens laudator ? aut cui euenit tam magna gloria , vt à tot disertissi-

Auson. inter epist. Symmach. lib. 1. ep. 26. 3.
Symmach. in Aduar. ep. 4.
Sidon. Apollin. 4. ep. 1.

mo-

morum hominum scriptis celebraretur? Accedat ergò hoc quoque laudibus Proregis nostri, quòd res antea nec visa, nec excogitata suis præclaris virtutibus referuabatur; & sicut omnes præcelsos antecellit Principes, ita oportuit ab omnibus Panegyristis simul laudari. Inuidebat Alexander (& si Magnus & Orbis domitor) Achilli, quòd post fata esset nactus magnum præconem;

Cice. pro Arch. poët. Plutarch. in Alex. Vopisc. in. Prob. c. 1. Symmach. 9. ep. 67. S. Hieron. in Vita Hilarionis.
Horat. lib. 1. epig. 10.

----- Sed ille

Si foret hoc nostrum fato dilatus in ævum:

quanto magis Comiti nostro inuidere potuisset? tum quia per te tantos, ac tam illustres, & magnos inuenit; rum quia

----- dedisti

Viventi decus, atque sentienti,

nam

----- cineri gloria sera venit.

Iàm ipsi Excell.^{mo} Comiti, quàm grata, quàm iucunda hæc tua Panegyris videbitur! in qua ab acri, ac viuido ingenio tuo actiones suas vidit illustratas? *Quamvis enim abundè sufficiat illi, quòd est, & à Rege nostro, & à toto Regno probatus, gaudebit tamen testimonio tuo. nam si omnes, qui gloria, famaque ducuntur, mirum in modum assensio, & laus à minoribus etiam profecta delectat: quantò magis lætari debet, si à tam nobili, docto, probo, & optimis moribus adornato Viro, in culmen hoc laudis se euectum sentiat?*

Martial. 1. epig. 1. in ead. sent. Cice. 5. Famil. ep. 12. in fi. Vt & ceteri viventi- bus nobis, ex libris tuis nos cognoscant, & nosmetipsi vnam gloria nostra perfra- mur.
Martial. 1. epig. 26.

Plin. 4. ep. 12.

Cice. 5. Famil. ep. 12.

Atque hoc præstantius illi fuerit, & ad letitiam animi, & ad memoriæ dignitatem, quòd non ingenium illi solum suppeditatum fuerit tuum, sicut Timoleonti à Timæo, aut ab Herodoto Themistocli, sed etiam auctoritas clarissimi, & spectatissimi viri, & in Reipub. maximis, gravissimisq; causis cogniti, atque in primis probati: ut illi non solum præconium, quod, cum in Sigæum venisset Alexander, ab Homero Achilli tributum esse dixit; sed etiam grave testimonium impertitum clari hominis, magniq; videatur. Placet enim Hector ille mihi Nævianus, qui non tantum laudari se letatur; sed addit etiam, A LAUDATO VIRO. EA EST enim profecto IVCYNDATA LAVS, quæ ab ijs profiscitur,

Ibid. Symmach. 9. ep. 101. & in Auc. ep. 6. Sidon. Apol. lib. 7. ep. 8.

Cice. 15. Famil. ep. 6.

QVI

QVI IPSI IN LAVDE VIXERVNT, & in dignitate, & honore. Si quidem homines *putant aliquid adycere ad splendorem laudum illustrissimi viri nomen: & rectè putant*. ADIICITVR ENIM LAVDVM DIGNITATI HONORE LAVDANTIS.

Mamert. Paneg. vii.

*Munere sed plus est, & nomine gratius ipso,
Officium docti, iudiciumq; viri.*

Martial. 10. epig. 73.

---- *Satis est equitem mihi plaudere* ----

Horat. 1. Saty. 10.

dicebat celebris ille Vates. Athic plaudis Eques, & veterum Auctorum frequens SENATVS. Et *Heraclitus Physicus summam laudis arbitrabatur placere uni, si esset optimus, qui probaret*. Quare si *ullius honor testimonij publici Comiti nostro affectandus foret; iudicio tuo contentus esse deberet*. Vndè

Symmach. 9. ep. 105.

*Omnia cum tibi sint dono concessa Deorum,
à te potissimum ornari, celebrariq; voluisset Octavianus Augustus, qui componi aliquid de se, nisi & seriò, & à praestantissimis offendeatur.*

Martial. 11. epig. 58.

Cice. 5. Famil. ep. 12.

Sact. Aug. c. 89.

Vellet Macenas Caesarianus eques

Martial. 10. epig. 78.

in tua scripta potius peruenire, quàm in Flacci, Varij, summiq; Maronis. *Cuperet, & C. Plinius Secundus inseri* insuper habito eloquentissimo Cornelio Tacito. *Arderet cupiditate incredibili M. T. Cicero, nomen ut suum scriptis illustraretur, & celebraretur tuis; nec à L. Luccio id tantoperè, & tam multis verbis peteret*. Non enim eos solum commemoratio posteritatis ad spem quandam immortalitatis raperet: sed etiam illa cupiditas, ut vel auctoritate testimonij tui, vel iudicio benevolentiae, vel suauitate ingenij, viui perfruerentur.

Plin. 7. ep. 33.

Cice. 5. Famil. ep. 12.

Denique absoluiisti

---- *monumentum aere perennius,*

Horat. 3. Carm. Od. 36.

Regaliq; situ Pyramidum altius,

Quod non imber edax, non Aquilo impotens

Possit diruere, aut innumerabilis

Annorum series, & fugà temporum.

Constat enim ex immortalibus scriptis, contrà quæ

----- *Nec furta nocent, nec secula praesunt,*

Martial. 10. epig. 1.

Solaq; non norunt haec monumenta mori:

& quod in sinu tenere Scaligeri, ac Turnebi possint, &

Aaa

Cuiatij,

Plin. 3. ep. 5.

Tacit. 13. Annal.

Adag. Græcum.

Lipf. Epist. Cent. 2. Miscell.
ep. 68. 78. & 81.
Plin. 7. ep. 13.

Symmach. 1. ep. 35.

Lipf. Epist. Cent. 4. Miscell.
ep. 52.

Cuiatij, & Lipsij. immò in quo sudarent isti, qui tota vita litteris assidēt, & omnis professoria lingua obmutesceret, vixque multis annis absoluerent. Ipse enim Lipsius, & si Aquila in nubibus, teneri se ab hoc scripti genere, & tardari fateatur, tanquam arduo labore, & si in re generica, trita, & obuia, eo utatur. At tu super omnes beatus es, qui talia per desidiā, & ocium perficis. Sed quid plura de te prædicem, ut magis imitator tui alloquij, quàm probator videar? Hac ego amicus, sed non ut amicus: boni, peritiq̃ iudices omnes dicent, quos in hoc ævo optem tibi magis, quàm præstem. VALE.



191

IOANNIS AVERA
IN PANEGYRICVM
A GARCIA BARRIONVEVO
CVSANI MARCHIONE CONSCRIPTVM.
ENCOMIVM.



NON incognito quidem nobis eloquij splendore nituisti; sed magnis rebus accomoda, & præclaris virtutibus apta, gloriam, quam prudentia, modestia, ac singulari studiorum amore antè quesisti, recens auxit oratio. Nam præter loquēdi phaleras, qua te docte natura ditavit, infigne quidam, planeq; conueniens laudibus Excell.^{mi} Lemensium Comitis grauitate sensuum, verborum proprietate sonuisti. Nam cum uno in argumento, unaq; in persona mens tua tota versaretur: omnia uberiora, atque ornatiore sunt. Ipsa verò materies, quàm digna laudari? quàm digna facultate, & copia tua? in cuius ornatum tam largam supellectilem, & tam pretiosas gemmas diuitis facundia exhibuisti, ut paginas omnes gemino splendore radiantes videam, & nesciam cultu, an rebus magis voluminis honor gaudeat. Mihi animus gliscit gaudio, quòd euentus Regni prosperos parili sermone ornasti. Vnde factum est, ut eorum obtutibus, qui procul agunt, quedam gestorum series subderetur. Quare & fortuna tua gratulor, quæ spectatorem te secundis rebus adposuit, & facundia, quæ negociorum magnitudini orationis grauitate respondit. Multos illustrium Principum ob magna in Rempub. merita laudatos legimus, sed neminem tam doctè, & disertè celebratum. Iam nouitas ipsa scripti quantum lenocinatur? Sicut enim plastæ, & hi qui coloribus vtuntur, ex ipsis rebus capeſſunt notiones, quibus lineamenta, lucem, vmbra recessus imitètur. Quod in quibusque præstantissimum inueniunt è multis in vnum opus suum transferunt; & Phrygiones è variij coloris filo aulæa formant: ut

non

Symmach. 1. ep. 84.

Cice. 5. Famil. ep. 12.

Symmach. 3. ep. 11. Cice. 4. 5. ep. 12.

Caſſiod. 8. ep. 19. Ennod. Ticen. Epist. ad Iulij.

Symmach. 3. ep. 11.

Idem 9. ep. 67.

Plin. 1. ep. 19.

non à natura didicisse, sed cum ea certasse, aut potius illi dare leges potuisse videantur: ità tu ex diuersis auctorum sententijs colores varios tam appositè congeffisti, ac miscuisti, vt pulchriorem picturam, aut simulacrum nec Apelles, nec Lypsius illuminare potuissent. Imò sicut *Xenophontis libellus* in suo *Cyro* laudando *facile omnes imagines hominum, statuasq, superauit*: sic tu in nostro commendando Prorege, omnes Panegyristas laudandi peritos superando, *propriam ingenij gloriam consequutus es*. Dicit aliquis, *Pennas suas non habet. quin vellicas, & carpis eas vndiq, ex alieno scriptorum corpore*. Ego contrà sentio, & omnes tuas iam esse affirmo: quia toties auctores meditando, admirando, transcribendo, tuos fecisti. quemadmodum ausus fuit olim Chrysippus dicere, se Euripidis Medeam fecisse suam. Vndè nec in te illud quadrat,

*Ne, si fortè suas repetitum venerit olim
Greæ auium plumas, moueat Cornicula risum
Furtiuis nudata coloribus.* —————

Sed illa Chrysippi iactantia parua, & exigua est, vnam enim Tragœdiam quis non hoc modo suam facere poterit? At si præclara tua modestia locum suæ laudi concederet, quantò plus iactare potuisses, cum tam magnum veterum auctorum numerum, voluminum magnitudine, & varietate miranda tam proprium effecisti, vt magna, & inaudita ingenij, & memoriæ facilitate ad quidquid conaris dicere, aut scribere illorum verba promptè tibi occurrant, & præstò sint. Isocratem vnum ex decem Græciæ Oratoribus *Panegyricum aiunt decem annis alij, alij quinque annis elaborasse. Credat iure aliquis tam longo tempore orationem illam edolasse tanti nominis Oratorem*. Crederem ego si hoc alienorum verborum filo neceretur, & irriso olim verbo ferruminaret, præfissèque habenis per hanc strictam, ac inusitatam semitâ, cui te inclusisti, se contineret: sed si proprijs verbis liberè vagari posset, quantumuis *inhereret compositioni, propter ornatum orationis, & abundantiam, & propter sedulam electionem in verbis, & mutuam partium*

Cic. 5. Famil. ep. 12.

L. Lip. 2. C. 1. Miscell. ep. 18.

Diog. Laërt. lib. 7.

Horat. 1. ep. 3.

Phocius in Biblioth. c. 160.

Ibid.


tiū concinnitatem, imò acuratam incisorum, ac membrorum ibid.
constructionem tantum temporis exigere non arbitrabor. Tu verò
& si verbis tam pensatis, tamque maturis sensibus lau-
dationem hanc præminentem omnibus alijs quascunque
ad hoc locorum Principes audierunt, nondum toto ver-
rente anno (cuius insignem, atque acuratum cōtextum, qui
benè æstimarit, & diligenter singulas partes attenderit, inue- ibid.
niet eam non nisi longo tempore absolui potuisse) nec curarum
vacuus, aut in alto, pinguiq; secessu — libris remissius inuigilans, Plin. 1. ep. 3.
perficisti: quando Symmach. 3. ep. 47.

————— *Iactamur in alto*

Mart. 10. ep. 58.

Urbis, & in sterili vita labore perit.

Perge igitur mi GARCIA, & tam cultis operibus, quod ex
 grauioribus negocijs tempus supererit, *expende, & novis* Symmach. 1. ep. 25.
voluminibus ieiunia nostra sustenta: vt palam facias quantum Lipf. Cent. Epist. 2. Miscell.
inter sit inter doctos cultosq; nobiles, & istos qui nihil in domibus ep. 71.
 suis pulchrum nisi imagines habent. Sed cur ego diutius sermonis Plin. 5. ep. 17.
pauper tuo cum stylo obgannio? quem laudare potius, atque Symmach. 1. ep. 17.
admirari, quàm imitari possumus.



Bbb

LE

L E C T O R I S.

I. Lipl. in Not. ad lib. j. Po-
sit. c. 4.

Symmach. 1. ep. 18.



ptarem amice Lector, ut mihi Plantinus ille
pulcherrima artis columen, aut Moretus con-
tingeret, ne *eruditioni tuae negligens veritatis*
librarius displiceret. Sed mihi fraudi non erit
emendationis incuria, nam gravissimæ occu-
pationes otium, ac tempus ademerunt. Ideò

Mart. 2. epig. 8.

Si qua videbuntur chartis tibi, Lector, in istis,

Siue obscura nimis, siue Latina parum;

Non meus est error: nocuit librarius illis,

Dum properat versus annumerare tibi.

Quòd si non illum, sed me peccasse putabis:

Tunc ego te credam cordis habere nihil.

*Alibi *Quasi nos manifesta*
negamus. Desid. Heral. *Qui*
sic manifesta negamus?

*Ista tamen mala sunt; * quæ si manifesta negamus,*

Hæc mala sunt: sed tu non meliora facis.

Cice. 3. Epist. ad Q. Frat. ep.
5. in fin.
S. Irenæus in fin. oper.
S. Hiero. in Chronic. Euseb.

Accentus præcipuè acuti desiderantur, typographi etiam
culpa; nam cum Romæ literas excudi iussu meo manda-
set, non aduertit hos esse maximè necessarios. Auctorum
complura loca omisit, ut iure cum Cicerone exclamare
possim, *quòd me vertam nescio: ita enim mendosè Neapoli*
excuditur! aut cum Sanctis Patribus typographos adiurā-
dos, ut cautiores fiant, operæpretium existimem. Quare
hic subiicienda duxi.

Pag. 21. ad oram post Aufonium in Paneg. Grat. addē-
dus Cice. 1. ad Q. Frat. ep. 1. *Cyrus ille à Xenophonte non ad*
historiæ fidem scriptus, sed ad effigiem iusti imperij, &c. ex quo
Aufon. illud sumpsit, sicut & aliud

P. 23. in fine, *Vt qui terrarum orbem &c.* ex Floro in Epit.
Rerum Roman. lib. 1. in prin. *Faciām quod solent, qui terra-*
rum situs pingunt: in breui quasi tabella totam eias imaginem
amplectar &c.

P. 53. Ad locum Cassiod. 4. Var. ep. 38. addendus est ad
oram alter eiusdem lib. 12. ep. 16. *Diligenda sunt ista, unde*
Resp. videtur esse firmissima. Quæ dum redeunte censu reficitur,
status sui firmissimo robore continetur.

P. 76.

P. 76. post illa verba *ubi necessitas cogeat, remittis*. inferenda sunt in contextum Cice. hæc 1. ad Q. Frat. ep. 1. *Nul- lum es alicuium novum contrahi civitatibus permisisti, Vetere autem magno, & gravi multas abs te esse liberatas urbes: com- plures dirutas, ac penè desertas, per te esse recreatas.*

P. 77. post illa verba, *statim inuenit*. inferendus Sym- mach. lib. 10. ep. 50. *Solus enim omnium potes Fidelissimæ urbis expensas à de factu sumptuum vindicare. Excell.® au- tem tuæ subditæ potestates, tantum mediocribus causis valent ferre medicinam: magnarum verò rerum mole superantur.*

P. 138. ad fi. post illa verba *amenitatis ornamentum*. præ- termittitur est aptus, & maximè conueniens Cassiod. locus lib. 5. Var. ep. 38. Vndè cum ad potandum unda suavis influ- xerit, omnia nostro victui redduntur accepta. Quando humana vite nullus cibus gratus efficitur, ubi aquarum dulcium perspi- cuitas non habetur. Nam si lauari cupimus purissimis liquoribus, quantum magis satiari talibus festinamus?

P. 163. ad oram post locum Capit. in M. Ant. Philos. c. 27. addendus Aurel. Vict. de Cæsar. c. 15. *Eoq; demum fortu- natas urbes fore, si regna sapientiæ sint.*

P. 188. post illa verba *actiones suas vidit illustratas*, infe- rendus Symmach. 1. ep. 90. *Non enim illi ex ore ieiuno tributa laudatio, sed de fecundie penu boni iudicij fructus arrisit.*

Præterea in Orthographia plures etiam errores inue- nies. sed aliquando dictionem aliquam diuerso modo scribi obseruabis; veluti *litera*, *littera*: *fecundas*, *secundas*: *pulcher*, *pulcer*: *reditus*, *redditus*, & alias plures. nam secun- dum diuersas Orthographorum opiniones nunc isto, nunc illo modo vti sumus.



ERRA-

ERRATA SIC CORRIGITO.

Pag. 7. 8. 9. Marcialis, *Martialis*.P. 8. 46. 51. 57. 104. 155. *causa*,*caussa*.P. 9. & 14. iuditijs, *iudicijs*.P. 12. Quam priuatim, *Quam pri-**uatum*.

P. 13. 16. 17. & 31. Ioseph. Scali-

ger, *Iul. Caf. Scaliger*.P. 15. succumbunt, *succumbant*.ubi simul, *quò simul*.P. 16. Papæ, *Papa*.P. 20. scena, *scena*.

P. 37. in margine auctoritatibus,

auctoritatibus. Euripide, *Eu-**ripides*.P. 48. in tempora feliciora, *in tem-**pore feliciori*.P. 65. alium, *aliud*.P. 67. 102. munificentiz, *munif-**centia*. ocurfare, *occurfare*.

P. 76. 102. & 113. beneficentia,

beneficentia.P. 78. vedigaliũ, *vedigaliũ*.P. 91. proscritioninibus, *proscri-**ptionibus*.P. 93. pronincia, *pronincia*.P. 95. constituisti, *constituisti*?P. 101. afflixerunt, *affluerunt*.P. 106. intercant, *intercant*.P. 114. didicam, *dicam*.P. 123. humorem, *humorem*;P. 124. cursus, *cursus*.P. 93. efficit, *efficiunt*.P. 125. recenciores, *recentiores*.P. 141. voluisti, *voluisti*.P. 149. florentissimam, *florentissimam*.P. 153. auari, *auarus*.P. 156. post illud verbum *impe-**rium* subiicienda est coma, &

delendum punctum. sicut &

p. 160. *compositus*, nec coma

nec punctum interponendum.

P. 163. Principis, *Princeps*.P. 165. varij, *varij*. incedum, *in-**cedum*.P. 168. quereret, *quereret*.P. 181. & 187. acomodatus, *acom-**modatus*.P. 192. præsiliq, *præsiliq*.

M. Thaddæus Caputus Augustinianus Dep. vidit.

Imprimatur. Alexander Boschius Vic. Gener.

NEAPOLI. Ex Typographia Tarquinij Longhi. 1616.



